




No 630.

4375 M. S. f.

V









Jas. Vindiciae Cabal.

ASTRONOMICÆ THETICÆ,

Bibliotheca Pro Sklojchne

DIONYSIO,
COGNOMENTO, EXI-
GVO, ABBATE RO-

Coll: Cab: MANO. Soc: Iesv
Contra

Eximios Chronographos,

jb Præter propter

Summos

Imos,



Æram vulgarem Dionysianam
usurpantes.

Seu



Nato, Mortuo, Redivivoq;

I E S V

H O M I N I D E O ,

De Incarnationis, Passionisq; Anno, Mense,
Die, vota dissertatio

ab

A N D R E A K O B A V I O .

C A R N O

S. I. S.

Viennæ, typis Gregorij Gelbhaar, 1643.

D. O. M. A.

030029543



A D

Reuerendissimum & Amplissimum
Dominum, Dominum

VALENTINUM,
MELICENSUM AB-
BATEM DIGNISSI-
M V M,

SS^a. Theologiæ Doctorem, Sa-
cræ Cæsa: Majesta: Consi-
liarium,

Inferioris Austriae Virum Pri-
matem, &c.


Ionysium Exiguum,
Scytham patriâ, Romanum
moribus, Religione Bene-
dictinum, Gradu Profes-
sum, dignitate Abbatem,
eruditione, præter cæteram, Astronomum,
(?) 2 linguâ.

DEDICATORIA

In guâ Græcum juxta ac Latinum, Ordinis
sui hodie quoq; stellam matutinâ in medio
nebulæ, lunam plenam in diebus suis, arcum
refulgenterem inter nebulas gloriæ; hoc est
illustre omnino jubar ante mille amplius,
centumq; annos occasum, post totidem Re-
diuum, in solē ac pulucrem Chronologi-
cum militem veteranum produco, coram
que Tibi sisto Domine Reuerendissime.
Enim verò pridem ille fato, non solum mor-
talibus omnibus communi, orbi terrarum
deuixerat, sed famâ quoque, quâ vnâ tamen
mortui degunt inter viuos, ita viris doctis
occubabat, ut conclamatum videretur apud
nepotes de memoriæ perennitate, nisi au-
toritate Ecclesiæ, sententiaque veritate,
animosi cineres etiamnum spirassent. Fa-
tum bene tumulum igitur (quoniam ipse
penè exanimis) adij: animum enim ademe-
rant viri docti, magni; mortuumque, vti re-
bar, conueni. Pendebant juxta grandia,
cænotaphia dicam, an eruditionis inter-
vmbras quoque illustria monumenta, vel
triumphatae olim veritatis gloriofa ad mo-
numentum anathemata? Feriæ, Cyli,

Chas.

DEDICATORIA.

Characterismi, Lunæ quartæ decimæ, Pa-
schata: obsoleta jam vah! decora omnia; quâ
temporum incuriâ vetula, quâ aduersarijs
injurijs convulsa, mutila. Nitorem tamen
inter antiquata cætera, vsque admiraculum
viuum, fideliter seruabat altius inaratum ob-
caput marmor:

Anno

ab Incarnato D E O

532.

nunc incisum, nisi vetera didicissem reliqua.
Inde proprius astiti: & quia Vero animatum
viuere cognoui, manum porrexim opini-
num, quibus ad fordæ vsque pridem
obsqualuerat, puluerem extersi. Plagas à
à morte inlixerant violentas Chronologi,
Historici; cauterium etiam, ne quid
excesset mali, non nemo perperam impresse-
rat. Vbi decussi omnia, vultum, os, lineas, vi-
rum prisci moris lætus agnoui. Quò porro
ab umbris in lucem redux commodùm di-
uerteret, de hospitio diu mecum sollicitus
egi; & quòd Religiosum probè nossem,
extra cancellos religiosos ducere minimè
religiosum duxi. Hac igitur primum, cur à
tumu-

DEDICATORIA.

tumulo postliminioque ad Suos reuertat,
Dionysius Exiguus, Abbas, Rediviuus. Ac-
cessit, virum haberi cum primis doctum,
nec faciliter illi cum Idiotis esse. Ad eos
itaque, quos Diuinis Humanisque lite-
ris, Trithemio teste luculento, in Asceterijs
ex antiquo insudare didicisset, voluit accele-
rare : qui lucubrata hæc facilius agnosce-
rent, promptius amplecterentur. Verum
quo prius portu appelleret obuersabantur
enim Viri plurimi, unde quaque Reueren-
tissimi, doctissimi, velut Phari eminentes.
Hic equidem altius meditabatur. Et quan-
quam ad omnes inuisere nihil ambigetur,
quem tamen primum consalutaret, necdum
animo constitit : cum ad Tuæ Humanitatis
amæna Tempe, opulentaque rite factorum
Gargara diuino primitus instinctu, quam
plurimis deinde nominibus declinavit. Quis
enim litteratior ad eum non concedat, apud
quem dudum Pietas, Diuinæ, Humanæque
disciplinæ familiariter hospitantur ? nam, ut
taceam honores emeritos Philosophicos,
affatim id SSæ. Theologiæ suprema Laurea
testatum præstat. Accessit inde, LL:AA:non
solum

DEDICATORIA.

Solum Amatorem, sed & famosum Promotorem, qui que Tuarum Virtutum nexus est mutuus, ut annulo uno ducas omnes, munificum esse saeculi nostri Mecoenatem. Accessit deinde diuina Benevolentia, Deorum Hominumque certissima conciliatrix. Accessit ulterius modesta, decoraque, hoc est religiosa Auctoritas, mentis Candor, animi Celsitudo, quae Te non modò ad Melicen-sium Apicem, sed inter inclytæ istius Provinciæ clarissimos, ornatissimosque Primate viros euexit; ut quæ domi fax, interque priuatós parietes Tuis niteret in exemplum, ad publicæ rei meridiem luculentius effulgeret. Et, quod humanarum laudum omnium stata basis est, insignis Tui demissio; nam, si Bernardo credimus, magna prorsus, & rara virtus humili-tas honorata.

Cæterum quia duce me ad Te properaret Rediuius meus, Nostri ultimò non ultimam habuit rationem, ut qui nos (meque eorum infimum) quo nōris antiquius, arctius complectaris, nouisque iñdies titulis obstrictos gratos ac mores esse humanitate

DEDICATORIA.

tate jubeas , cogas benevolentia . Vale Vir
Reuerendissime Deo , Tibi , Tuis , Bonis
omnibus ; & qui esse consuesti , esse perge .
Viennæ Austriorum ex Professa domo S. I.

Anno

Ab Incarnato Deo

1644.


R^{me}.

Ampl.

T^{h.}

deditissimus

ANDREAS KOBAVIUS.



AD
LECTOREM.



ò tandem ventum
est hodie, Christi Na-
tali asserendo, ut cùm
olim, atq; ante mille an-
nos, citra controversiam quadragesi-
mum quintum Julianum esse teneret
Ecclesia, jam doctorum studijs di-
stracti nihil certum reliquum tenea-
mus. Hic nempe fructus est huma-
narum lucubrationum, dum nos erra-
re vetant, toto faciant mari fluctua-
re. Par erat, errare, ac perenniter
jactari. Triginta jam revoluti sunt
Januarij, unde quæstionem hanc a-

A gita-

gitari memini; plures ante memo-
 riā meā. Quo verò Reipublicæ
 emolumēto publico? majori incerti-
 tudine; operæ pretio? nullo, præter-
 quam priuato; quando quisq;_B, ubi
 annum Christo natalem integritati
 vindicat, sibi agit; ut vel doctus sit,
 vel doctus audiat. In scopum omni-
 bus stat firma veritas, quis figit?
 actum agimus, dum per diversa acti
 non modo in commune veritatis pa-
 trocinium parum afferimus, sed etiam
 collata invicem dissipamus. Annum
 Christo natalem judicio nostro præ-
 stituimus; siquid huic sit adversum,
 modis omnibus demolimur. Hinc pas-
 sim auctor nobis idem jam idoneus,
 jam ineptus testis est: si obstat viri
 auctoritas sanctitasq;_B, eludimus; re-
 venisse lunam in oppositionem, neu-

tiquam ibi constitisse; quid hic facias? Grammaticæ quoq; nunc licet
 in Auctores, ne dicam Scripturam: ipsam adeò lunam, festorum testem
 in cœlo fidelem, non attendimus. Er-
 rata interim Flauiana publica, cæte-
 rorumq; Historicorum paßim obvia,
 cycliq; ipſi erronei nihil mouent in
 hac causa eruditos; etiam paradoxa,
 geminusq; in unum conflatus dies.
 Hæc ego cum serius mecum expende-
 rem, & Scripturam penes, Concilium
 Palaestinum, Dionysium utrumque,
 ipsamq; Astronomiam, fidelem semper
 ducem, veritatem stare suspicarer;
 tametsi præ his Josephum, Dionem,
 Paterculum, Svetonium, cæterosq; e-
 iusmodi viles haberem, nec dum ani-
 mum, ut crederet, induxi. Quapro-
 peer annis Julianis de veritate suspe-

Etis quinqu ad tribunal Astronomicum
 peremptorie vocatis, cùm verum in-
 dagare occepisset, in Dionysiano tan-
 dem consti*ti*. Sed ingens ex adverso
 stabat Auctorum exercitus; quid age-
 rem ego homulus cum paucis Dionysia-
 nis? Hic, dolus, an virtus, quis in
 hoste requirat? amicum ergo me
 tantisper finxi, dum singula hostica
 penitus dispicerem, videremque;
 quanquam omnes pugnarent contra
 Dionysios, inter se non minus confige-
 re. Comparatis igitur armis in ca-
 stris adversarijs, ubi ad Dionysios me
 pedetentim subduco, innumeræ mihi
 cohortes auxiliariæ; ne dicam legio-
 nes, Summorum Pontificum, Cæsarum,
 Regum, Principum, Rerum publ: Se-
 natt: Universitatt: insperato fiunt ob-
 uiam. His erectus, si congrederer, vi-
 Elus

Etus etiam cum gloria casurus vide-
 bar. Accessit, quod me cum Ecclesia
 stantem nemo caducum faceret, nisi
 qui de Ecclesia triumphum speraret.
 Et meus me, si quis est, nihil pauefe-
 cit error: ita nemo isthichactenus non
 errauit; nisi omnes, mutuum sibi ad-
 uersi verum dixerint. Quod itaq**B** be-
 ne vertat æræ Christianæ vulgari,
 Ecclesiastice, æram tueor Dionysia-
 nam. Tu si aliam amas, complecte-
 re, meaq**B** omnia terunc habet, nihil
 refragor; ne, si me non intelligas, te
 frustra fatiges in hominem sui ultro
 negligentem: pari enim hic pretio fa-
 bam emo, seu nigram, seu albam. Si
 quid morosius, pertinaciusq**B** citatum
 videris, ne mirare; requirebat sen-
 tentia jam penè obtrita: siquid di-
 ctum obscurius, neq**B** id mirare; ob-

scurus fio dum brevis esse volo.
 Alterum est, quod te moneam; æram
 hanc neutiquam institutam auctore,
 prætore, Dionysio Exiguo, sed longè an-
 te usurpatam, atq; adeò non Diony-
 sianam, verùm Christianam, vulga-
 rem, appellandam. Quis enim dubi-
 tet primos Christianos, si non omnes,
 plerosq; sanè, ubi tot ærae circumfer-
 rentur, Olympp: Urbis Conditæ, Pu-
 gnæ Actiacæ, Augustorum, Diocletia-
 ni &c. detestatos epochas Ethnicas,
 priuatim, seu ab Incarnato, seu Nato,
 seu passo Verbo numerare cepisse? Ita
 Flavius Dexter in fragmento historia
 sua, Dionysio Exiguo saeculo vetusti-
 or, per annos Christi, ejusdemq; æta-
 tem digessit Romæ tempora; Ecclesia
 Alexandrina ab SS. Martyribus usq;
 expuncto impio persecutore, acta sua
 etiam-

etiamnum consignat ; Romanorum
 primi Christiani, uti antecessores ab
 Urbe condita, à condita Ecclesia Ro-
 mana annos censuerunt. Quid ni er-
 go etiam à Nato Deo ? Philastrius
 Ambrosio coævus Hær: 58. annos sacer-
 culo suo à Christo ducit : nam qua-
 dringētos jam plus annos trans-
 isse cognoscimus ex quo Do-
 minus &c; eosq; completos. Quadrin-
 gentesimus primus igitur Philastrio la-
 bebatur. Testes plures desideras? da-
 rem, nisi pridem impius tyrannus acta
 Christianorum, in quibus dubio pro-
 cul frequens erat Christi Seruatoris
 mentio, flammis extinxisset. Vnum
 instar omnium accipe Iustinum, Phi-
 losophum Martyrem, auctorem haut
 invetustissimum, quatuor scilicet sæ-
 culis Dionysio priorem; is oratione ad

Antoninum Pium ita ait: Neq; ve-
 rò præter rationem, ad eorum,
 quæ nos edocti sumus, eversio-
 nem dicant, ante annos cen-
 tum quinquaginta nos asseve-
 rare Christum sub Cyrenio na-
 tum esse; docuisse autem, quæ
 docuit, posterius sub Pontio
 Pilato &c. ubi velut ad meridiem
 vides jam tum censos annos Chri-
 stianos. Adde, Ecclesiam adhuc pri-
 mitivam nunquam fuisse, unanimi-
 ter adeò, in æram Dionysianam con-
 sensuram, neq; ausurum Dionysum,
 nisi & is, & illa epocham vulga-
 rem vetustiorem estimasset; eademq;
 hodie post tot doctissimorum viro-
 rum sententias nunquam obtineret
 auctoritatem, nisi à primis Christianis
 ortam crederemus; quodq; inter
 tot

tot opiniones publico Ecclesiæ calculo
 unica triumphet; singulari Dei, ne
 verus JESU Christi annus Natali-
 tius obliteratedtur, beneficio conseruari
 ac propagari. Accedit, nomen ipsum
 Æræ Christianæ hoc secum ferre, quò
 ab æris Ethniciis, illo præsertim ævo,
 quando Gentiles rerum potiebantur,
 distingueretur; non hodie, ubi nullâ
 hujusmodi egemus differentiâ. Quo-
 circa jure concludo Dionysium Exi-
 guum non nisi Ecclesiæ consensu &
 auctoritate æræ vulgari Christianæ,
 quamquam hactenus privatæ, post se-
 datas tempestates, Nicænumqz Conci-
 lium, Computum alligatum in lucem
 protulisse, æramqz vulgi Christiani
 (vox enim populi, vox Dei) quod
 Orthodoxæ Ecclesiæ beneverteret, pu-
 blici juris fecisse. Neqz hic autuma

me unâ cum æra vulgari computum
 cueri Dionysianum, quod hæc duo non
 sint necessariò connexa: nam & sty-
 lus novus hodie æræ huic alligatur.
 Deinde quod non tractem computum
 ex professo, sed accidenter. Tertio quod
 omnes computi veteres jam exoleve-
 rint, non Auctorum culpâ, sed computi
 naturâ, qui cùm sit civilis putatio,
 non potest cœlestes motus in paucos,
 quibus utitur, numeros adæquate co-
 gere. Et si verò hæc ita omnino ha-
 bent, Dionysia tamen Exiguo, Abbatii
 Romano, Ordinis D. Benedicti Profes-
 so laus meritissima ac palmaria nul-
 lo modo est auferenda: fuit enim Vir
 eà tempestate doctissimus simul atq;
 celeberrimus; ut, cui uni, inter om-
 nes, Ecclesia Orthodoxa litem hanc
 decidendam, velut peritissimo aquis-
 simoq;

simoq; judici concrediderit. Quapropter jure omni merito æra antehac privatae jam publicæ auctor publicus aestimatur. Quò minus toleratu est Pauli Midlburgensis, & Sigeberti, quod passim circumfertur immatrum judicium de Abate Dionysio, cum ipsimet omni Chronologo absurdius à vero declinārint. Et quidem Sigebertus cauterium omnino inurere fronti Dionysiane non veretur: Forosempronensis autem, errasse quidem Dionysium, Ecclesiam vero Catholica-
 m usurpare erroneous calculum, neutquam approbare fateatur. At enim hæc aut inter se pugnant, aut Ecclesiam erroris arguunt: qui enim sponte quiddam usurpat, facto ipso probat; aut si id minime, sciens uolens errat. Addit Midlburgensis a-
 ram

ram Dionysianam primum sub Euge-
 nio Quarto, Actore Blondo, tum Secre-
 tario, hoc est ducentis ex hinc annis
 ab Ecclesia receptam. Acceptarem
 hoc ego (quanquam falsum, nam à
 primis Christianis usurpatam paul-
 lum ante docui) si non solum assere-
 ret, sed etiam probaret. Qua vi-
 delicet ærâ usq; illuc usq; est Eccle-
 sia? an Diocletiana? reclamant om-
 nes, docentq; elisam illam, substitu-
 tam Dionysianam. Et satis foret,
 siquidem usuratores æras proferret,
 Dionysianam unam inter plurimas
 delectam. Evidem cum computum
 Dionysianum æræ vulgari alligatum
 jam inde à 531 Christi anno usur-
 pâit Ecclesia, consequens est æram
 unâ usurpasse. Donec tempore
 Justiniani Senioris Dionysius
 Abbas

Abbas Romanus cyclum Ale-
xandrinorum calendario Ro-
mano inscriberet, quem omnes
deinceps Ecclesiæ concordibus
animis sequerentur. Quod &
factum est, ait Clavius c. s. Quan-
tum autem Midlburgensis, quantum
Sigebertus, quantum Marianus, nobi-
les ævo suo Scriptores exerrarint, Pet-
tavium adi in animadversis Epipha-
nianis, ubi ait : inter quas (sen-
tentias intellige) ad stuporem usq;
ridicula est illa, quam ex Sige-
berto, Mariano, ac cæteris (Mi-
dlburgensi) retulimus. Quibus
cum persuasissimum foret Chri-
stum Martij 25. passum esse, feriâ
6, hoc est 8. Kal. Apriles, resur-
rexisse verò 6. Kal Apriles, Mar-
tij 27. cum in Dionysiano cy-
clo,

clo, æraque communi certam
 nullam rationem extricare pos-
 sent, eò tandem, difficultate ipsa
 quæstionis, redacti sunt, vt an-
 no æræ Christianæ duodecimo
 passum Dominum asseverantes
 ab Incarnatione 34. viginti vno,
 seù potius viginti duobus an-
 nis aberrasse Dionysium crede-
 rent, vt qui duodecimum illum
 annum constituerit, quem tri-
 gesimum quartum numerare
 debuisset : Etenim vni anno
 duodecimo quadrat, vt feriâ 6
 in 25 Martij conveniat, cyclo
 Solis 21. literis C B, Lunæ 13.
 Eandem illam conjecturam &
 opinionem de 22. annorum la-
 be divinitus sibi patefactâ Pau-
 lus Forosempronieñ narrat l. 10.

p. 2, Paulinæ. Iterum. Hanc eandem 22 annorum summam deesse Paulus Forosempromieñ. ex quadam revelatione didicerat. Ridiculè sanè: nam & ipse revelationem suam negligit, & in eo tandem acquiescit, ut Dionysianæ æræ biennij labem imputet. Sed contra, ac Recentiores faciunt: non enim metachronismo sed prochironismo peccatum statuit. *Huc usque & amplius Pettavius.* Ita qui mortuæ jam fronti Dionysianæ cauterio vivi combatuere ausi sunt, luculentam suam cicatricem posteris spectandam exanimes reliquere. Sapientius longè Robertus Cardinalis Bellarminus, Senatus purpurati ornamentum (in quo viro sanctitas & do-

doctrina de palma contendunt) Eccl^{esi}iam secutus, statuit Christum
DEUM orbi natum matre Virginē
 anno Juliano 45. denatum ac renatū
 sepulchro Virginē anno etatis 34.
 Juliano 79. His hactenus. Vale,
 atq^b ex aequo bonoq^b omnia aestimā.
 Iterum vale.



FACULTAS
R. P. PRÆPOSITI
PROVINCIALIS.



Go JOANNES Rumer
Societatis JESU per Provin-
ciam Austriæ Præpositus, potesta-
te mihi facta ab Adm: R. P. N.
Mutio Vitellesco Præposito Gene-
rali, concedo, ut Vindiciæ Astronomicæ The-
ticæ pro vero anno JESU nati, mortui, ac re-
divivi HOMINIS DEI &c. à P. Andrea Ko-
bavio Societatis nostræ Sacerdote compositæ,
& consueto Censorum ex eadem Societate
judicio approbatæ, typis evulgentur. In cu-
jus rei fidem has ei litteras, manus propriæ
subscriptione officijq; mei sigillo munitas de-
di. Viennæ Austriæ anno Christi 1642. die
22. Maij.

Joannes Rumer.

AUCTOR AD LIBRUM.

Vade liber, censura tibi jam nulla timenda est
Acrior: Auctori census es, esse nihil.



PROPHONEMA.

Sol cognovit, non cognovit homo! luna in plenitudine sua vidi exaltatum, cœli obstupuerunt illudente Judæo, & omnis ordo cœlestium turbatus est.

ENCOMIUM DIONYSII EXIGVI.

*Ex Roberto Cardinale Bellarmino de
Scriptoribus Ecclesiasticis ad annum
Christi 525.*

Dionysius Exiguus natione Scytha, moribus Romanus, cognomento Exiguus, doctrinâ & sanctitate maximus, vixit tem-

tempore Theodorici Regis Italiæ, & successorum ejus: nam 527° scripsit cyclum paschalem, & omissa profana numeratione ab imperio Diocletiani impij persecutoris numerare cepit ab Incarnatione Domini nostri IESV CHRISTI. Ita Bellarminus. Alij Græcum vocant, vti ex nomine quadantenus coniicitur, & lingua, quod utriusq; esset callentissimus; adeò ut subito ex Græco contextu sententiam Latinè perlegeret, & contra ex Latino Græcè, ait V. Beda.

SYNOPSIS.

Christus Salvator cœnavit
xi. Kal. Apriles. x. Kal: passus est.
ab vii. Kal. resurrexit. Passus est

PLENILVNIO. Est Concilij Palæ-
stini, Dionysij Areopagitæ; Tra-
ditio Ecclesiæ irrefragabilis.
Cœnavit lunâ xiv. Est Scriptu-
ræ, Ecclesiæ, PP. & omnium
rectè sapientium sententia.

ERGO

Passus est anno ætatis laben-
te, eodemq; vulgari Dionysia-
no 34. Dionysiano vero, seu ab
Incarnatione 35.

ERGO

Natus anno Juliano 45. viii.
Kal. Januarias. Siquidem veris-
simum est

THEMA I.

A lunâ signum diei festi, lu-
minare quod minuitur in con-
summatione, M E N S I S secun-
dum

dum nōmen ejus. Ecclesiastici
43.

THEMA II.

MENSIS iste vobis principium mensium &c. Exodi 12.

THEMA III.

Et ipse JESUS erat incipiens quasi annorum 30. Lucæ 4.

THEMA IV.

Passus namq; Dominus ab xi. Kalendarum Aprilium, qua nocte à Judæis traditus est, & ab vii. Kalendas resurrexit.

Synodus Palæstina.



Vanta hactenus ingenia, virosque in Orthodoxa Ecclesia quaestio hæc exercuerit, tempus interlapsum, evolutique soles luculentissime attestantur. Quandoquidem anno partæ salutis centesimo nonagesimo octavo, quo Palæstina Synodus Cæsareæ, sub Theophilo ejusdem, & Narcissô Hierosolymorum, Episcopis, clavum Ecclesiæ regente Viâore, Pontifice martyre, celebrata est, ad nostra usque tempora viridis adhuc, firmaque pedibus consistit; movetq; etiamnum in prælia ingeniiorum ingeniosissimos quosque mortales. Ut enim veterimos taceam, Cyrillum, Bedam, Dionysium Exiguum, Eusebium Cæsarenatem, Cassiodorum, Severum Sulpitium, Ephanius, Hieronymum, Scotum Marianum, sexcentosque alios, quantum non ævo nostro in hoc pulvere desudavit è Senatu purpurato Eminentissimus

simus animalium Ecclesiasticorum Au-
tor, Cæsar Cardinalis Baronius ? ejus-
que succedanei Torniellus, & Sponda-
nus , eruditissimi Scriptores ? tūm So-
cietatis J E s u nominatissimi quique
Viri ; Franciscus Soarius, Jacobus Sa-
lianus , Jacobus Gordonus , Joannes
Dekerius , Dionysius Pettavius, Hen-
ricus Philippi, Ægidius Bucherius.

Taceo reliquos , qui qui extra Chrono-
graphicum stadium in sacras litteras
commentati quæstionem hanc ex obli-
quo versarunt , prioribus ingenio , do-
ctrinâ , auctoritateque ne hilum inferio-
res. Fidentissimè dixerim , nullam in to-
ta Chronologia quâ rei dignitate , quâ
varietate sententiarum , quâ Auctorum
contentione celebriorem controversiam
agitari. Idque vnicum est , quod me exi-
guum pro Exiguo differentem non mo-
do à proposito abstergere , sed & exani-
mare potest. Verùm roboret iterum ,
sententiæ tot annos adulta firmitas ,
Scriptura , Traditio ; atque à Dionysij
Exigui obitu Summi quique usque huc

Pontifices^z, Concilia generalia , Pro-
vinciales Synodi, Eminentissimi Car-
dinales , Illustrissimi Archiepiscopi ,
Reverendissimi Episcopi , Curiæ , De-
creta , Vniversitates , Doctores &c. Et
siquidem gloriari libet, Augustissimi
Imperatores^z, Reges^z, Archiduces^z,
Principes, Senatus, Contractus, Sum-
mi, Imi ; qui omnes vnanimiter ærâ
istâ vñi phalangem Macedonicam , aut
si mayelis , quadratam Romanam,
aciem pro me struunt; vt simile quid-
dam Epirotæ dixerim; papæ Megacle!
virorum iste, statuumque ordo non est
barbarus. Quis enim omnes hos erra-
se hactenus affirmârit ? Quare vt eò
fidentius hodie cum Chronologis aga-
mus^z, primùm pronuntiatum esto, sen-
tentiam hanc esse contra plerosque
Chronographos: secundùm , niti po-
tissimum Scripturâ , Traditione, æræ
Dionysianæ autoritate, calculo Astro-
nomico : tertium Historicorum narra-
ta non negari facile, facile negari ple-
rumque temporibus suis penitissimè
omnia

omnia distincta. Id ne mireris , ex Joanne Dekero , viro , ut minimum dicam , eruditissimo , breviter hæc accipe. *Flavius Josephus* , notissimus ille Judaici belli dux , vir in omni sæculis sui , gentisq; literaturâ versatissimus , nullum , eorum quæ scripsit , fingendi premium habuit (& si quidem gratis mentiri collibuit homini , oportet valde oculatum , & bonum Astronomum fuisse , (ait Joannes Keplerus in silva Chronologica) Imò nec fingendi locum habuit , quippe qui tunc scripserit , quando plurimi adhuc viuebant , per quos hæc certissima , & apertissima esse ostenderentur , si in litem fortè veritas vocaretur : deinde quòd in testimonium seruatæ per omnia veritatis publicâ in Romano foro statuâ sit honoratus à Vespasiano & Tito , Imperatoribus : quòd multos habuerit , qui & scripta ejus , & dicta , factaq; in invidiam traherent , quos usq; adeò non extimuit , ut testium fiducia , & veritate , velut binis anchoris fultus , suis etiam obtrectatoribus insultârit : quòd tabulae authenticæ tum extarent , præcipue Romæ , ubi nullo negotio potuisset coargui

falsitatis &c. Is tamen ipse Flavius ratione rerum, & temporum perperam assignatorum, quot censuras hodie subeat, quantum passim vapulet, omnibus palam est. Dici potest enim, Josephum Cæsaribus sese, ut reliqui Historici, accommodasse, scripsisse in summa rerum publicarum turbulentia, nec statim ab rebus gestis, sed multo post tempore edidisse; homini Cæsaribus caro nullum ausum contradicere, & plurima cætera. Statuam meruisse parum est, præsertim in causa Cæsarum, & ævo illo, quo, uti hodie, gratiosus quisq; facile sua promovet. Quicquid ista sint, vide interim indices Cardinalis Baronij, Jacobi Saliani & cæterorum, titulo Flavius Josephus. Hæc de Josepho Historico alijs, de alijs autem Historicis graphicè Josephus l. contra Apionem Alexandrinum. Ex multis pauca proferamus. Quomodo ergo non est irrationalib;e, ut tali fastis turgeant Græci, tanquam soli sciant vetera, & veritatem eorum exactè tradant? Aut quis non ab ipsis conscriptoribus facillimè discat,

discat, quod neq; firmiter scientes aliquid, conscripsere, sed quod vnusquisq; opinatus est, hoc studuit explanare. Vnde etiam libris sese arguunt, & valde contraria de eisdem non piget eos dicere - - - Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum Timæus, Timæum, qui post illum fuere. Herodotum verò cuncti. In multis autem etiam Thucydides, tanquam fallax, accusatur, licet scrupulosissimam sui temporis historiam conscripsisse videatur - - - Et quidem primum dico eam (causam) quæ mihi propior esse videtur, idest eò quod ab initio non fuerit studium apud Græcos publicas de his, quæ semper aguntur, proferre conscriptiones: hoc etenim præcipue, & errorum, & potestatem mentiendi posteris vetus aliquid volentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodo apud alios Græcos publica conscriptio est neglecta, sed neq; apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinæq; cultores, aliquid ejusmodi reperitur - - - - cum ergo conscriptio nulla reperiatur, quæ & discere volentes doceret, &

men-

mentientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est : quoniam qui ad scribendum se præparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licet hæc promissio semper habeatur in promptu, sed verborum magis habere prolationem maximam : & quemadmodum laudari se in hoc super alios estimarent, ad hoc potius semetiposos aptabant. Aliqui verò ad fabulas sunt conuersi, aliqui autem ad gratiam ; aut ciuitates laudantes, aut Reges, aliij semetiposos &c.

Denique, de bello, quod apud nos contigit, quidam historias conscribentes ediderunt, cum negerint ad ea loca venerint, negerint in proximo rerum gestarum fuerint, sed ex auditu quedam pauca componentes impudenter semetiposos videntur historiæ nomine jactitare. - - - De Gallis & Hispanis sic ignorauère hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quorum est Ephorus, ut unam ciuitatem arbitrarentur esse Iberos, qui tantam partem occidentalis terræ noscuntur inhabitare. Mirum est tacere Flauium, de Cornelio Tacito suo coætaneo, qui l. 3. histor. tot fabulas commentus est de

Ju-

Judæis, Cretâ oriundis, atq; ab Ida monte Idæos primùm, tum Judæos nominatos. Nunc iterum ad Josephum. Huic igitur tam illustri Historico abrogatâ per Chronologos fide, nihil est, quod quemquam Svetonij, Paterculi, Dionis, Macrobiij, cæterorumq; contra Censores longè minùs munitorum moretur auctoritas, Dione ipsomet suffragante, qui l. 53. fatetur *res gestas in prouincijs parum fideliter fuisse conscriptas temporibus Imperatorum in Republica dominantum, omnibus in eorum gratiam stylum attemperantibus* (vti ex Vellejo de Tiberio vel cæco liquet). *Est enim suspicio omnia dici, agiq; arbitrio Imperatorum, eorumq;, qui illorum potentiae sunt participes : inde fieri ut multa conficta diuulgentur, multa quæ verè acta sunt, ignorentur; deniq; secus omnia, quam euenerint, edantur.* Ita Dio teste Jacobo Saliano, teste verò Joanne Georgio Herwart Chronologiæ suæ c. 189. Caius Suetonius Tranquillus juxta vulgarem contextum, qui in annis ad posteros devenit, depravatissimus est ; adeò ut in ratione tem-

perum

porum non ab alijs modò, sed à se se dissensi-
 tiat, nec exactè secum conciliari possit. En-
 manifestum Paterculi & Svetonij dissi-
 dium. Patrculus asserit x. Kalendas
 Octobres Augustum primum consula-
 tum iniisse, pridie quam vigesimum an-
 num impleret: ix. enim Kalendas Octo-
 bres natus est, etiam Svetonio Auctore:
 sed aliter idem Svetonius his verbis.
Annum à Divo Julio ordinatum, sed postea
negligentiâ conturbatum, atq; confusum rur-
sus ad pristinam rationem redegit: in cuius
ordinatione sextilem mensē è suo nomine
nuncupavit, magis quam Septembrem, quo
natus erat: quia hoc sibi primus consula-
tus, & insignes victoriae obtigissent. In hac
manifesta dissensione quis verum ha-
bet? Rectè, inquis, de historicis Ethni-
cis; aliter de Christianis. Hic ego ma-
num subduco: lege, oro, Joannem Ga-
brielem Bisciolam in præfatione ad epi-
tomē annalium Ecclesiasticorum Cæ-
faris Baronij, cujus pauca verba non pi-
get excerpere. Quidam sōnticā quapiam
hæreſeos peste ſemel malè infecti fidei ac
véri-

veritatis limites sunt transgressi; & dum conantur omnia ad suos vertiginis importune calculos revocare, à recta ratione, & boni viri officio exorbitarunt. Quales sanè fuere Eusebius Cæsar: Socrates, Sozomenus & alij, qui justissimâ Sanctorum Patronum, & Ecclesiæ Catholice censurâ notati sunt: nam Eusebius à vii. Synodo defensor Arianae perfidiæ est judicatus, quod in ejus historia facile oculatior quisq; notârit; Socrates verò Novatianæ scēt & tinctum fuligine passim se prodat, uti & Sozomenus; quem præterea haud immerito multa esse mentitum, ac Theodori hæretici fuisse Patronum B. Gregorius Pontifex affirmauit. Alij verò vel nimis angustis finibus circumscripti pauca integrè, perfecteq; scripserunt; vel jejunè & parum solidè res grauissimas persecuti sunt; vel de-nig; incerta pro certis, & parum firmâ fide nutantia pro indubitate atq; verissimis tradi-derunt. Quo profecto in genere in primis fuerunt Severus Sulpitius, & Paulus Orosius, quorum nimis concisa breuitas multa reliquit intacta: deinde etiam Nicephor: Callixtus, Vincentius Beliaccens, Antonin. & alij - - - qui

- - qui si aliquoties non voluntate sed errore lapsi sunt, tulit hoc humanae conditionis infirmitas, cum præsertim ex B. Augustini sententia sit eis historicis aliqua propinquitas libertatis, qui voluntatem mentiendi non habent, nec homines fallunt, nisi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur vide plura sparsim inferius de fide & mutua consensione Historicorum, aut lege v. g. Themistoclis vitam, à pluribus conscriptam. Quartum, plurimum differre inter Chronographos & Historicos, quod hi res gestas, tempus illi rerum gestarum magis consequetur, vnde uti primis non est succensendum, si res carptim, tempus vero scrupulosius, ita neque alteris, quod tempus obiter solum, probabiliterque, res accuratius persequantur; nisi quis officia haec confundere, aut eundem hominem raro exemplo utrumque exactè præstare velit. Quintum, si fallat Historicus, cuius tempore nititur Chronologus, falli Chronologum est necesse: sed fallit Historicus teste Dione citato, & citando inferius Livo,

ūio, ergo. Quod verò tempus Historici
accuratè quandoq; non consignēt, clarè
de se in Augusto Svetonius. Propositā
vitæ ejus (Augusti) velut summā, partes
singillatim, neq; per tempora, sed per species
exequar, quò distinctius demonstrari, co-
gnosciq; possint. Chronologorum sanè
ante pauca sæcula pauci extitère præ-
ter Thallum, Phlegontem, & paucos re-
liquos, quorum vix nomina, ne dum
opera extant, cùm Historici complures
florerent: affines tamen sunt, sed fide
nituntur solum humanā; quæ quām
dubia sit, nostrum sæculum affatim te-
statur, cum uno die, horaq;; & ante o-
culos propè nostros acta, si vel postri-
die, & à pluribus pro lubentia, affectuq;
denarentur, cœlo penè toto differre
comperias. Sæpius videlicet olim quoq;
post pugnatam pugnam, utrinq; ercta
trophæa non sine admiratione legas. Es
quot hodie mortales reperias, qui suæ-
met ætatis oblii, plures, paucioresque
annos contra veritatem censem? Quod
si locorum intervallum, temporisque

longioris intercapedo interveniat, de
rei veritate jure ambigas. Quid igitur?
animum desponeas? neutiquam; sed
fidem præstes, quam merentur: vbi ve-
rò vel Traditio Ecclesiastica, vel Patrum
sententia, vel Scriptura (vt de calculo
Astronomico nihil dicam) intercedit,
faceat, necesse est, omnis reliqua pro-
fana auctoritas. Ac si hæc etiam qualis
qualis, tenuissima certè pro Dionysio
Exiguo, veritateq; lucubratio contra ta-
les, tantosq; viros, vt qui assidua lectione,
scriptioneq; chartis non solùm im-
palluerunt, sed & immortui sunt, nihil
poterit, poterit equidem seros nepotes
patrijs ex ossibus ultores excitare, vt
Dionysianis industrijs, impressis quasi
vestigijs insistentes defendant Dionysi-
um, jam subterraneum, quò natalis Chri-
sto annus, tot sententiārum tenebris in-
tumulatus, elucescat, atq; excriatur, ad
majorem gloriam nati, passi q; Dei; ve-
ritatis autem certius argumentum. In-
terim oro, obtestorq; omnes, singulos,
vt si quid à me pro veritate ~~est~~ dictum est
aut verius, aut inurbanius, pro suo in ve-

ritatem candore, urbanius interpreten-
tur. His positis ita ordior.

Nati Salvatoris annum Varij varium
ponunt, quisq; suum, rarus Dionysia-
num, cuius tamen in vſitata æræ Chri-
stianæ periodo, teste Ecclesia & orbe,
princeps est auctoritas: nullius enim
haecenüs aliū epocham tam constanter
vſurpavimus. Mirum sanè maximum!
vbi ad pascha determinandum venitur,
quo Servator vltimum cum discipulis
cœnavit, pleniluniumq; , exigentibus
id sacris literis, quæritur, tacent alij, ter-
giversantur multi. Doctissimus equi-
dem ætate hac Chronologus quispiam,
non lunam decimam quartam, sed diem
intelligit decimam quartam. Ve-
rūm aetum agit: decima quarta enim
dies NISAN, eadem est cum Lunâ decimâ
quartâ: Luna siquidem, Ecclesiastici 43.
in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, &
signum ævi. A luna signum DIEI FESTI:
luminare, quod minuitur in consummatione,
MENSIS secundum nomen ejus: vas castro-
rum in excelsis, in firmamento cæli resplen-

dens gloriōsē. *Luna* inquam *testis in cœlo*
fidelis Ps. 103, non patietur, tenebras of-
 fundi sibi, lūcemq; , quam à Creatore
 Deo accepit festorum testem, adimi. Ita
 enim antiquitùs soli palmam præripue-
 rat, vt lunā decimā quartā pascha cele-
 brandum complures Asianæ Ecclesiæ
 contenderent; ipsi autem Judæi neome-
 nias, ac plenilunia potissimum obserua-
 rent. Qua de, Christianos inter, causā
 Sanctus Polycarpus anno Christi 167.
 sub Aniceto Pontifice Romam appulit,
 ac triginta post annis in Concilio Palæ-
 stino res acriter examinata est: tandem
 verò invalecente Quartadecimanorum
 opinione, Quartadecimani à Victore
 sunt hæreseos condemnati. Vide Baro-
 nium ad annum Christi 198. In ea cele-
 berrima tum Ecclesiarum lite nemo un-
 quam lunam decimam quartam à die
 Nisan decimaquarta dispunxit, quod lu-
 na diem, dies lunam proderet, teste D.
 Ambrosio, omni exceptione maximo,
 epistolâ ad Episcopos per Æmiliam. Ver-
 ba, assertaque ejus sunt. *Et celebravit,*
 (Chri-

(Christus , intellige) pascha hebdomade ,
 in qua fuit decima quarta luna , feriâ quin-
 tâ . Deniq; ipsa die pascha cum discipulis
 manducavit , sequenti autem die , hoc est sex-
 tâ feriâ , crucifixus est , lunâ decima quintâ :
 Sabbato quoq; magno illo sexta decima fuit ,
 ac per hoc decimâ septimâ lunâ resurrexit
 à mortuis . Quin idem S. Doctor paulò
 post . Sed & proposita lectio docet literam
 non consequendam : sic enim habes . Et facies
 pascha Domino Deo tuo quartodecimo die
 mensis primi : diem pro luna dicit ; unde pe-
 ritissimi quoq; secundum legem lunari cursu
 computant mensem &c. deniq; μήννυ lunam
 vocant Graci , unde μήνς Gracè dicunt
 mensem ; & naturalis usus nationum exterar-
 rum lunam pro diebus appellat . Suffraga-
 tur Esdras l. 3. c. 1. Fecit Josias pascha in
 Ierosolymis Domino , & immolavit phase
 quartâ decimâ lunâ primi mensis . Item
 c. 7. & egerunt filij Israël cum his qui erant
 ex captivitate , illud phase quartadecimâ lu-
 nâ mensis primi . Quæ duo testimonia
 si non sacram , historicam certè , majo-
 remq; , quam Dio , & Paterculus &c. mé-

rentur auctoritatem. Accedit Flavius, qui cum antiquis. Judd. l. 2. c. 5. decima quartâ Xanthici Macedonibus, Nisan. Hebræis, pascha primum celebratum docuisset l. 3. c. 10. ita scribit. Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, & annum exorditur lunâ quartadecimâ, sole arietem obtinente; quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca servitute liberati sumus, sacrificium, quod tunc exeuntes fecisse diximus, pascha nominatum instaurare lege jubemur. Accedunt demum Agathobuli duo, Josepho vetustiores, qui pascha post veris æquinoctium omnibus immolandum docent, sole primum segmentum dodecatemorij percurrente. His jure subscribit Jacobus Salianus anno Mundi 1656. n. 6. totidem verbis. -

- - *Judeos mensibus lunaribus usos tam constanter ut mensi & luna idem nomen dederint, &c.* At luna decima quarta largè, & civiliter accepta, esse potest, ais, etiam luna vigesima, & vigesimaquinta. Omnipotens, ut hodie luna in cornua reducta plena potest appellari;

ri; astris nempè ipsis cachinnantib⁹ phasē
 suum Judæi celebrassent. Neq; verum,
 est, quod docet Keplerus, ante Siraciden,
 qui anno Ptolemæi Evergetæ secundi,
 trigesimo octavo, idest ante Christum,
 centesimo vigesimo octavo scripsit, neu-
 tiquam lunæ mensibus usam Synago-
 gam. Paralipomenon enim 2. c. 2. Sa-
 lomon neomeniarum, & festivitatum,
 meminit. Judith quoq; c. 8. jejunabat
 omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbathum,
 & neomenias, & festa &c. annis ante Chri-
 stum plus minus 688. buccinate in neome-
 nia Ps. 88, annis ante Christum 1050. cir-
 citer. Neomeniam & Sabbathum, & fe-
 stivitates alias non feram: Kalendas ve-
 stras, & solennitates vestras odivit anima
 mea. Isa. I. Et cessare faciam omne gaudi-
 um ejus, solennitatem ejus, neomeniam ejus,
 Sabbathum ejus, Oseæ 2. In die plenæ lunæ
 reversurus est, Prov. 2. Vnde verò hæc
 omnia? non equidem à se, sed ab ipso
 Deo, & Moše, à quo mensium rationem
 Judæos accepisse constat Exodi 12. Men-
 sis iste vobis principium mensium &c. lu-

maris utiq; , cùm lunam decimam quartam semper deinceps observârint. Atq; vbi hoc sibi ipsi citatus Chronologus non satisfacit responso, ad lunam decimam, quartam popularem , hoc est ad lunam, si Diana placet, vigesimam , aut etiam vigesimam quintam, ceu asylum recurrat. Ita disertissimis istis , ad auctoritatem Areopagitæ , verbis. Verum nihil his de plenilunio conficitur : quamvis enim luna tunc esset à p̄inuētō , & in tertio quadrante versaretur , cùm ea post eclipsin ad pristinam sedem rediret , per oppositam soli ex adverso plagam transijisse , non in ea constitisse diceretur. At at isto respondendi modo, me, qui Viennam Austriorum sum profectus , Viennam Francorum, vbi haetenus vidi neminem , quis profectum ingeniosè magis, quām verè defendat. Ego sanè nunquam solennissimam quæstionem , quæq; princeps est Christiano Chronographo , vltimò tam facili ratione dissolverem. Cæterum vt hoc sit contra omnem omnino antiquorum sensum, vel ex eo liquet, quod, quot-

quot in hanc quæstionem incubuerunt,
de lunâ decimaquartâ, non vigesima-
quartâ &c., aliâue disputârint. Veti-
tum nempè Judæis erat secus agere :
quod si per legem eodem die, aut mini-
mùm eodem prope, phase celebrare pro-
hiberentur, in Aprile vsq; plenilunium,
non vigesimam quartam ; aut quintam.
Martiam lunam differentur, vti Num. 9.
& Paralip. 2. c. 30. altero mense phase
obitum legimus. Alio stratagemate
aliij se bellum hoc confecturos arbitrati,
quod in anno passionis à se consignato
plenilunium nullum reperirent, culpam
omnem in Astronomos, ac vix non lu-
nam, cœlumq; ipsum transcripserunt.
Ita testatissimè aliquispiam. Quamvis
antiquorum nonnulli vigesimam quintam
(Martialem intellige) dixerint, tamen
cum tabulæ astronomicæ non his æquè con-
sentiant, eademq; admodum inter se diver-
sæ tradantur, viri harum facultatum con-
sultissimi desperatione penitus superati rem
inabsolutam reliquère. Esto tantisper :
quomodo interim ex certa demonstra-

tione astronomicarum tabularum dubitandi nullus remanet loc⁹ censori astromico, anno Christiano quādragesimo quinto, & non quadragesimo septimo M. Vinitium II^m, & M. Statilium Corvinum fuisse consules & cūm tabulæ astromicæ inter se admodum diversæ tradantur? aut enim omnes falsæ sunt, aut veræ aliquæ: si priùs, nulla est demonstratio anno quadragesimo quinto Vinitium & Statilium fuisse Consules; si posterius, poterant igitur viri harum consultissimi 25. Martij plenilunium ex ijsdem demonstrasse; quod natura tabularum ea sit, vt si in vno verum dicant, dicant in altero, cūm eundem motum annum, menstruum, horarium &c. vtrobique exhibeant; aut si errant in passi Christi anno, errant magis in Vinitio & Statilio annorum numero errorem tabularum annuatim augente. Errant enim motu annuo quinq; prima; errabunt igitur in passo Xpo 2 grad. 50 prima. in Vinitio & Statilio 3 gradus. 45 prima. Aut igitur ubiq; aut nuspiciam errare concedat,

cedat, oportet, qui vuniformitatē, contextumq; tabularū vel obiter expendit. Iniquū est habere judices causæ imperitos, intolerabile censores. Longè majori impete aliis: ait enim; *donec exorti sunt aliqui qui fallacibus obseruationibus nixi, cùm viderent non posse lunam decimam quartam cadere in feriam sextam, anni Christi 34.* vniuersa penè antiquitate repudiata Christi passionem in Aprilem conjecerunt. *V*anas autem & fallaces fuisse eas observationes, quantumvis Astronomicas, docet ipsa earum dissensio, qui se illas sequi profitentur. Sed contra primò; hirundo vna ver non facit, nec Astronomus unus, præsertim Buntingus Heterodoxus, Senatum Astronomicum. 2º. cedo sis fallaces observationes, & fallaces esse demonstra. 3º. observationes Astronomorum adeò fallaces non sunt, vt nequeant plenilunium exhibere anno Christi trigesimo quarto, Juliano septuagesimo nono, non septuagesimo octavo, aut septuagesimo septimo &c. nam vigesimā tertiā Martij fuit plenilunium, ergo anno septuagesimo

mo nono Juliano, non septuagesimo octavo &c. passus est Christus. Quod Astronomorum aliquis Christi passionem in Aprilem conjecterit, non Astronomiam duce, sed Chronologiâ fecit; annum scilicet passi Christi ex principijs Chronologicis perperam assignavit, passionemq; ob lunam decimam quartam ejusdem anni, conseqario in Aprilem transtulit, cùm vigesimâ secundâ Martij lunam decimam quartam, vigesimâ tertiatâ decimam quintam indagare, atq; ex hac annum passi Christi statuere oportuisset. De tabularum putatitia dissensione posterius. Tandem non nemo in hunc modum arguit. Sed genus insuperabile argumenti (*inquiet aliquis*) dicit calculus Astronomicus, qui nulla ratione potest huic Patrum calculo assidere. Cui ita primum respondeo, propter mathematicorum calculum, aut phænomena uranica, velle veritatis anchoram abijcere, atq; ab apostolice Sedis declaratione, nobisq; à majoribus tradita doctrina, tantaq; nube testium corroborata, & quasi usucapione vendicata desciscere,

scere, haut sat scio, virine sapientis & pru-
 dentis sit eloquij mystici, præsertim cum cy-
 clo solis & lunæ, tabulae æquationis epacta-
 rum, ac regulis Kalendarij Gregoriani sen-
 tentia ista Sanctorum Patrum probè respon-
 deat, & palam sit à Metone veterum ma-
 thematicorum tabulas esse correctas, Meto-
 nis deinde à Calippo, Calippi ab Hipparcho,
 Hipparchi à Ptolomæo, & Ptolomæi rursus
 ab Alfragano fuisse emendatas: quas ceu
 malè tornatas denuò ad incudem vocavit
 Alphonsus rex Castellæ, & has velut man-
 cas & impolitas Copernicus reddidit lumen;
 istas demùm Copernici Tycho Brahe nobilis
 mathematicus nuper elimavit. Idemq; de
 ceteris, quas nati natorum, & qui nascen-
 tur ab eis efformabunt, statui judicium po-
 test. Plures ejusdem generis inanies que-
 relas ad longum vide apud Jacobum
 Gordonum tomo Chronologiarum primo,
 c. 19. Ad quæ, vt obiter interim dicam
 aliquid, cùm cœlum terris condicat, vel-
 lenda potius anchora, & alteri sententiae
 velificandum: luna enim perfecta in æter-
 num, & testis in cœlo fidelis Ps. 88. quæq;

vna errores omnium abunde possit convellere; ac pro veritate coram quovis praetore vadimonium audenter obire. Huic sanè Cbronographo, quanquam cyclis solis & lunæ, tabulâ æquationis epactarum, ac regulis Calendarij Gregoriani glorietur, anno Dionysiano trigesimo primo luna minimè suffragatur: epacta namq; Gregoriana 19. die Martij vigesima secunda lunam signat vndecimam non decimam quartam; dies igitur tres aberrat, cætera excusant nihil. Minimè itaq; respondet cyclo solis & lunæ hæc sententia. Deinde mirum miro, ego hic largissimum, mathematicos reos agi plenilunij non inventi, nullum vero nominari. Tertiò si tantopere errant, atq; à se, veritateq; dissident Astronomi, cui bono igitur Chronologias vestras eclipsibus supputatis non semel confirmatis? Tabulas veterum Astronomicas à Metone esse correctas, & hujus à Calippo, atq; antecessorum à Ptolemaeo suspicio magis est, quam testimonio firmata veritas, cum nullas tabulas à Metone

ne & Calippo excusas, quod sciam, vnam
quam sit auditum. Aliud est de perio-
dis, cyclis, motuq; solis ac lunæ in eos-
dem campa^{cto}, de quibus, curis posterio-
ribus. Tabulæ porrò non ita dissentiu-
unt, vt si quis anniti velit, pleniluniu m.
anno Dionysiano trigesimo quarto ne-
queat reperire : largum enim spatium,
Respublica Chronologica concedit Rei-
publicæ astronomicæ ; diem videlicet
penè integrum, præsertim si diversum
initium diurnum sortiaris, vt rudissimus
omnino sit astronomus, tabulæq; peni-
tus deploratæ, quales ha^ttenus vidi nul-
las, quæ propositæ non velificantur quæ-
stioni (quemadmodum suo loco ex qua-
tuor summorum Astronomorum calcu-
lo docebitur) annus modò competens
assumatur ; quod si in hoc pecces, nullæ
tabulæ, nullus Astronomus malo tuo
medebitur. Quis enim Ptolemaeus, ejus-
ūe tritauus, oppositionem menstruam,
exhibeat anni die, quo in cœlo facta est
omnino nulla ? Taceo plura cætera, æ-
quationem temporis, meridianorum in-

tercessionem, plenilunium medium, verum, & reliqua, quæ usurpari solent in hac causa. Quid igitur, aut in quo peccatum est? in hoc: Chronologi proprie- omnes ab Historicis, testibus inter se pa- rum convenientibus, sua mutuarunt argumēta; inde in varias abierunt opiniōnes. Sequester ab his quidam cyclis ducib⁹ scopum attigit parum feliciter: ij enim multi sunt, pleriq; cariosi; & quia civiles, largum errandi cāmpum aperiunt: testis est stylus Gregorianus, corre- ator cyclorum veterum erroneous. Scripturā, Traditione, calculoq; Astro- nomico primō nisum oportuit, tum Historicorum topica consultum ire. Ve- rūm secus actum, quām ē re, veritas esto arbiter. Verius longē Henricus Philip- pi Introduct: Chronologicæ c. 12. & 13. tabulas mathematicas minutiss tantum differre, & Chronologiaz prodesse potius, quām obesse. Vnum instar omni- um audi Christophorum Clavium, qui, postquam nonnulla de Copernicanis præsertim hypothesibus, jam allatis non

dissimilia, questus esset, ingenuè ita factetur. *Vt ergo dissidium* hoc Astronomorum tolleret è medio, prudentissimo consilio Ecclesia tabulas verorum motuum curiositati Astronomorum relinquens semper respuit, atq; metus medios, qui æquales, & uniformes sunt, aut potius cyclos, medijs motibus maximè consentientes, ad mobilium festorum dierum solennia adhibendas esse judicavit. Nec verò hæc à me ideo allata sunt, quod putem tabulas Astronomicas omnino reijciendas esse, tanquam falsas, & fuitiles: omni enim laude dignos semper existimavi Astronomos, qui varijs temporibus maximo labore, ac studio, astrorum motus observarunt, atq; ad eosdem facile supputandos, licet non omnino exquisitè, ita tamen, ut parum à vero absint, tabulas varias mirâ industria elaborarunt. Sed hoc solum contendeo, Ecclesiam non esse ad curiosas Astronomorum subtilitates alligandam, cum eadem tabulæ diu durare nequeant, sed aliæ atq; aliæ, pro temporum varietate sint adhibendæ. Neg, hoc dignitati ac præstantiæ Astronomiæ nobilissimæ scientiæ, quicquam

detrahit, imò eam potius mirificè commen-
 dat, quod tam accuratè tantam motuum
 varietatem nobis ob oculos proposuerit, ut
 quam proximè veritatem attingamus. Et
 quid mirum Astronomos non posse perfectè
 motus cælorum tanto intervallo à nobis dis-
 sitorum intelligentiâ consequi, cùm ne unius
 quidem substantiæ, quamvis minimæ in his-
 ce inferioribus absolutam cognitionem Phi-
 losophi hactenus adipisci potuerint. Ex quo
 necessario colligas, cùm Ecclesia me-
 dios motus usurpet, illo ipso vni, vni
 inquam Astronomiæ, ac nulli alteri, in-
 hac lite, scientiæ superniti. Divum Au-
 gustinum appello, is de Astronomis in
 vtramq; partem, physicam & moralem.
 Moralem prætereo : physica l. confess. s.
 c. 3. ita habet. *Et multa invenerunt, &*
& prænuntiaverunt ante multos annos; de-
fectus luminarium solis & lunæ, quo die;
qua hora, quanta ex parte futuri essent: &
non eos fecellit, & ita factum est, ut præ-
nuntiaverunt. Et scripserunt regulas in-
dagatas, & leguntur hodie, atq; ex eis præ-
nuntiatur, quo anno, & quo mense anni, &
quo

quo die mensis, & qua hora diei, & quæ
 parte luminis sui defectura sit luna, vel sol,
 & ita fiet, ut prænuntiatur. Quò magis
 mirandum, doctiores hodie inveniri
 Augustino Doctores, qui quod oculis,
 ex indagatis regulis, quot annis speulant,
 quot annis negant contra Augustinum,
 veras esse regulas indagatas; eas interim
 vbi opus habent, pronissimè amplectun-
 tur. Laudantur cycli à Chronologis,
 de quibus paulùm post ex Beda dubita-
 bitur ab ijsdem, tabulæ interim Astro-
 nomicæ, mediorum etiam motuum,
 inter projectam algam reponuntur.
 Sed hoc est fontanam extollere, venam,
 vnde permanat, vituperare. Demùm
 quî factum ut cum regiam vobis trive-
 rit, faceq; præluxerit Dionysius Exiguus,
 eo deserto in tot tantasq;, quantas ho-
 dieq; miramur, Chronologicas tene-
 bras abieritis viri omnifaria doctrina-
 clarissimi? parcite, obsecro, verum affe-
 renti. Motus cœlestes stati sunt, in sua
 etiam aspeçtabili inæqualitate constan-
 tes, neq; ad cuiusvis beneplacitum sen-

tentiam mutant: quod si anno vistro, in anquiroendo plenilunio, non seruiunt, seruiunt Dionysiano. Quare vos potius motibus, quam motus vobis parere decuerat. Neq; refert fuisse aliquos, qui spurijs revolutionibus vsi sunt, vel si legitimis, easdem per imperitiam male tractârint: tum enim,

Non res in vitium, sed malefacta cadunt.
 Ad tabulas, ut aliter adhuc respondeam, ajo, nemo vñquam earundem conditor æternas esse jussit, sed ducentis plus minus annis vltra, citraq; natalem suum plurimum valere. Causa est eccentricatum, apogæorumq; continua mutatio. Utq; planetas alios hic non eocem, solis apogæum tempore Iesu nati Dei fuit in 5 grad. 30 prim. geminorum, nunc ad 8. cancri progreditur, differētia graduū pene triginta trium. Eccentrotes ejusdem tum erat 4166. quæ Copernici, & vltra sæculo fuit 3235.; at nunc iterum augmentum capit: est enim 3590. circiter. Quam ob causam si quis astronomiam accusat, astra ipsa, Deumq; astro-

strorum imperatorem, cui hæc ex infinitis alijs, placuit variatio, tacitè reum, agit: quid enim potest astronomia si eccentricitates mutentur, potissimum apogæa? Quanquam hæc tota eccentricitatum apogæorumq; varietas, nullam sufficiat Chronologis querelarum occasionem (neq; enim diem vnum multò minus annum vnum variat) quod Chronographi non solum diem, sed annum, & annos inter se dissentiant. Eâ demum Astronomia gaudet fortunâ, quâ, multis alijs negatâ, dispulsis circum tenebris crescit in perfectum diem, quotidieq; adolefecit. Nam, vt taceam viam lacteam melius, quam olim explicatam; expressiores lunæ maculas, solis nævos, corniculatum Hesperum, satellites Jovios, ipsi motus planetici quanto nunc sint rectiores, cœlum, ad cuius tribunal examinari quotidie possunt, attestabitur. Neq; hic accusatum eo veteres: obseruata illis multis, magnisq; annorum parasangis dissita, quæ post evoluta tot sæcula præsto sunt, non ingenium,

aut industria defuere. Maestri igitur ingenio (ut cum Plinio vos alloquar) estote cœli interpres, rerumq; naturæ capaces, argumenti repertores, quo deos hominesq; viciſtis. Et merito, vt pote quibus, teste Dionysio Exiguo, epistola i. Sacroſancta Nicæna Synodus plurimum tribuerit, dum ex Aegyptiorum Astronomorum calculo, seu puro illo, seu in cyclus commutato pascha celebrandum decrevit: ita enim habet Dionysius. Quæ (luna) quia cum solis cursu non aequaliter volvitur, tantorum dierum ſpatijs occurrsum vernalis aquinoctij conſequatur: qui à duodecimo Kalendarum Aprilium die, cunctorum Orientalium ſententijs, & maximè Aegyptiorum, qui calculationis præ omnibus gnari ſunt, ſpecialiter annotatur. Ipſe etiam Dionysius eorundem Astronomiæ cyclum ſuum ſuperstruxerit: ait enim. nec non argumenta Aegyptiorum sagacitate quæſita ſubdidimus, quibus, ſi forſitan ignorantur paschales tituli, poſſint facile reperi-ri, id est, quotus ſit annus ab incarnatione Domini, & quota ſit indictio, quotus etiam luna-

lunaris circulus, siue decennovenalis existat. Ægyptiorum; eorum vtique, qui vel Claudium Ptolemaum proximè antecesserunt, vel ex ejusdem disciplinâ prodierunt; vel ipsiusmet Claudi Ptolemai, quod vixerit anno Christi plus minus 130. Rem porrò, hoc, qui nunc à Deo constitutus est, lunæ motu posito omnino impossibilem petunt Chronographi ab Astronomis; videlicet ut cuius Chronologo anno suo, die Martij 22. lunam xiv., 23. xv. calculo exhibeant; nam cùm de quinquennio inter se, nempe ab anno Juliano 40. in 45. usque controvertant Chronographi; novilunia verò pleniluniaq; non nisi intra 19. annos ad pristinas sedes revertant, luna una eademq; ad vnum eundemq; terminum soli quotannis non condicat, si anno 45. 23. Martij plenilunium exhibeant Astronomi, nullo antecedentium annorum illud eadem exhibebunt die. Oporteret igitur hic DEUM Creatorem novum lunare cœlum condere, aut vetus aliter quam antehac movere, quò annis Chro-

nologicis controversis quinq; omnibus
die Martij 23. lunam xv. Astronomi ex-
hiberent; alias justa datur in hoc postu-
lato exceptio adversus Chronographos;
cum id non sit in Astronomorum sed
astrorum Conditoris Rectorisq; DEI
Opt. Max: potestate. His ita constitu-
tis nunc occasiones, veritatis indagande,
omnes exploratoriè sunt dispiciendæ;
obicesq; , ne impedimento sint postmo-
dum, amovendi. Quæ dum ago, non
ago, ut tantorum virorum, quos, primos
inter semper colui, documentis dero-
gem. Quid ergo? probabiliter ea pro-
ferri patior, nego facere apodixin. Ac
primùm quæsitum esto, anné quiddam
ex decretis, traditione q; Ecclesiæ profer-
ri queat, quo nati, passi q; Servatoris di-
ces, mensis, annus, determinetur? Re-
spondeo primò nullum hactenus arti-
culum fidei propositum, quo quicquam
in hoc genere sit conclusum. Respon-
deo iterum, traditionem esse vetustissi-
mam, receptamq; , die vigesima quinta
Martij conceptum Dominum, natum
vige-

vigesima quinta Decembris; cœnasse
cœnam vltimam vigesimâ secundâ Martij,
vigesimâ tertîâ passum, resurrexisse
vigesimâ quintâ: quod annum spectat,
liberum fecisse tantisper; æram tamen
Dionysianam centum super milenos
annos amplius usu ipso, auctoritateque
sua, post motas etiam doctissimorum
virorum quæstiones probare. Scio re-
sponsi vice reponere hic Chronogra-
phos, dissimulare Ecclesiam, tolerareq;
vti plura alia non de fide. Verum pri-
usquam ego Ecclesiam, quæ nec decem
in æquinoctijs, nec quatuor dierum in-
aureo numero toleravit errorem, vnius
credam, imò quatuor aut quinq; inte-
gerrimorum annorum sphalma, contra
omnem omnino veritatem, tolerare,
contraq; mentem suam, toties, quoties
annum signat, loqui, ac scribere, priùs
inquam,

*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania
Tigrin.*

Hic fortè non deerit è trivio **Sectarius**,
qui à traditione ductum argumentum.

cachinnis excipiat, adeoq; ad Divum
Paulum provocet. Sed is idem Divus
Apostolus pro me jubet teneri traditio-
nes; quas hic cùm probet, reprobet ali-
bi, manifestè claret, tenendas alias, alias
reijciendas; vti doctissimi quiq; ortho-
doxi Theologi Heterodoxis pridem di-
stinxerunt in Traditiones veteris, easq;
vel Mosaicas, vel Pharisäicas, & novi Te-
stamenti, quas teneri vult Apostolus, sive
per epistolam, sive per sermonem acce-
ptas: & verò non nisi Tradito constet
testamentum vetus juxta ac novum sa-
crum esse, Symbolum duodenarium A-
postolis in acceptis referendum, domi-
nicum diem celebrandum &c. Ethni-
corum porrò tradita, & nonnullorum,
etiam minus Christianorum anilia deli-
ria trans Garamantas & Indos ablegan-
da nemo sanus ignorat: non item San-
ctissimorum Virorum, Doctorum, Anti-
stitum, Ecclesiarum &c. quale est, quod
de vigesima quinta retuli; à quo si quis
recedat, næ is mihi improbè audens est,
atq; extra chorum solus salit. Quæsitum
alte-

alterum est nihilne ex vnamini Sanctorum Patrum consensu, Scriptorum Ecclesiasticorum, Chronographorumque conclusis elici possit: quo ad Sanctos Patres respondeo, esse quidem aliquorum, quandoque, non tamen vnaminem omnium omnino consensione. Exempli gratia, Divus Augustinus sermone 154 de tempore, ita sentit. *Venerabilis est hæc dies (resurrectionis) qui dominicus dies, & dies primus, atq[ue] perfectus est, & dies clarus.*
In quo visa est prima lux, in quo transgressi sunt filii Israël mare rubrum siccis pedibus, in quo pluit manna filiis Israël in deserto, & quo Dominus baptizatus est in Jordane, quo vinum de aqua in Cana Galileæ factum est. Quæ inter asserta de luce verum est, creatam esse solis die: cùm enim septima die, siue Sabbato Deus requievit, evidens est diem primum fuisse dominicum. Ita Concilium Palæstinum, apud Eusebium. Vide Baronium anno Domini 198. cætera in dubium vocari jure possunt, transitus videlicet per Erythræum mare solis die, baptismus item,

item, ac vinum nuptiale. Idem S. Doctor I. de civ. DEI octavodeno, cap. vlt. mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus, octavo Kalendas Apriles, resurrexit tertio die. Ac ut Sententiam hanc suam confirmet I. 4. de Trin. c. 5. iterum asserit, octavo Kalendas Apriles conceptus creditur, quo & passus. Verum haec pleraq; secus habere primum ostendunt Gemini Consules, sub quorum fascibus, anno juxta vulgatam à plerisq; opinionem; Tiberij completo 15. teste Divo Luca baptizatus est Salvator. Alterum est, si octavo Kalendas Apriles passus creditur, sexto igitur Kalendas Apriles resurrexit, contra communem Ecclesiae Traditionem, qua traditur ab undecimo passus, ab vii. Kalendas surrexisse. Ab Hipponeensi Doctore nihil dissidet Tertullianus I. contra Judæos c. 8. Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, consulibus, Rubellio Gemino & Ruffo Gemino, mense Martio & pasche die, octavo Kalendas Apriles, quo agnum ut occiderent ad vesperum à Moyse fuerat præceptum. Sensus in

in Consulib^{us} prorsus idem, idem in die,
 de agni cæde posterius. Imò plures fuisse
 hujus opinatio*nis* Veteres testatur Be-
 da de ratione temporum c. 45. Quam-
 etiam s^{ecundu}m s^{ecundo} pene nostro complures se-
 quuti sunt Auctores. Quid, quod idem
 Tertullianus consequenter doceat, Chri-
 stum anno duodecimo Tiberij baptiza-
 tum, decimo quinto, cum esset annorum
 triginta, passum? Africanus, Clemens⁹
 Alexandrinus, Irenæus &c. palam exi-
 stimârint Christum passum anno ætatis⁹
 (evoluto intellige) trigesimo. Quan-
 quam de Irenæo jure addubitem, quòd
 libro 2. c. 40. affirmet Christum proximè
 ad quinquagesimum ætatis annum ac-
 cessisse. Neq; mirum cùm plures fuisse,
 qui ætati Christi annos 46. tribuerint, te-
 stetur Augustinus l. 2. de doctrina Chri-
 stiana c. 28. Vide Vincentium Regium.
 Evagelicar: dilucidation. l. 3. c. 1. Schol.
 24. Epiphanius verò, hæresi 31. natum,
 sexta Januarij, baptizatum velit sexto Id-
 dus Novembres. Quò magis miror, esse,
 qui definiendo Christi anno, Epiphanius
 niti

niti velint auctoritate. Hi, ut videantur
 quam parum de Natalis Christi, passio-
 nisq; illius die colligatur ex Epiphanio,
 ex Epiphanio haec capsint, to. I. l. 2. adv.
 Hæreses, Hæresi si. nempe Alogiana,
 num. IO. Sed patris vicem Josephus gere-
 bat ille quidem, quod ita Deo placuerat, pa-
 ter verò non erat, ut qui nunquam se cum
 Maria copularat; nisi quod illius vir appellatus
 est, quod eam senex duxisset, anno æ-
 tatis plus minus 80., cum jam liberos sex
 è priori conjuge sustulisset. Incredibile
 profecto ab octogenni homine duam
 puellam quindennem, ac nonagennem
 amplius Jerosolymam cum Christo a-
 scendisse: idq; mihi bonâ veniâ S. Patris
 absconum videtur 1° quia cum B. Virgo
 nupserit ut minimum quaterdennis ex
 communi sententia, summum annos na-
 ta 24. ex Cajetano, nulla fuisset propor-
 tio inter contrahentes: nam & Poëta
 ait, si vis nubere, nube pari: quis autem
 credat in hoc conjugio servatam non
 fuisse ætatum proportionem, ut Juven-
 cula decrepito sponderet? neq; tam hoc
 est

est commendare tutelam Virginis, quām
 Virginem parum commendare, vt quæ
 Seni Juvencula nuberet. 2º Risui fuisset
 Josephus, puellam alendam suscipere,
 cūm neq; se alere posset. 3º Impruden-
 ter id admisissent Sacerdotes, in Veteri
 Testamento, vbi pluris conjugium,
 quām Virginitas æstimabatur; impru-
 denter itidem Juvenculam tot privignis
 onerassent. 4º Vix crediderim octogen-
 narium in Ægyptum profectum. 5º Sup-
 ponunt Doctores vtrumq; post contra-
 ctum matrimonium virginitatem vo-
 uisse, quale autem, quamq; eximum vo-
 tum fuisset senis octogennis? 6º Idem
 Doctores docent Josephum cœlibem,
 permanisse usq; ad conjugium, cūm sæ-
 culis illis ætate competente nuberent,
 mortales; igitur & Sanctus hic Sponsus
 competentis ætatis fuit &c. 7º Angelus
 missus est ad Virginem desponsatam vi-
 ro, non Seni capulari, propediem mori-
 turo. 8º Christus putabatur filius Joseph:
 probabilis putatio de viro, neutiquam
 octogennario. 9º Quod octogennem
 sua-

siadeat, nihil est: nam integritati Virginis
 aetas decrepita necessaria non fuit, ubi
 gratia superabundaret. 10º Nihil inde-
 cens, nihil impossibile Virginem viro
 cohabitare: docet id Cunegunda & Hen-
 ricus, Pulcheria & Martianus, Basilissa &
 Julianus, Editha & Edvardus, Cæcilia &
 Valerianus, Alexius fugitivus ac redux.
 De sex autem filijs è priore conjugi su-
 sceptis nullum habet fundamentum:
 nam fratres Domini, Jacobus, alijq; A-
 postoli, vti & Patruelles, cæteriq; cognati
 appellantur. Epiphanio porrò oppo-
 no Hieronymum contra Helvidium. Tu
 dicas Mariam Virginem non permanisse; ego
 mihi plus vendico, etiam Josephum virgi-
 nem fuisse per Mariam, ut ex Virginali
 conjugio Virgo filius nasceretur.
 Augustinum sermone 24. de nativitate
 Domini. Habe, Joseph, cum Maria con-
 juge tua communem virginitatem membro-
 rum, quia de virginis membris vir-
 tus nascitur angelorum. Sit Maria
 sponsa Christi, in carne sua virginitate ser-
 vata,

vata sis autem & tu pater Christi curâ consitatis, & honorificientâ virginitatis. Gaudie itaq; Ioseph, nimiumq; congaude de virginitate Mariæ, qui solus meruisti Virginum affectum possidere conjugij, quia per meritum Virginitatis ita separatus es à concubitu uxoris, ut pater dicaris Salvatoris. Et Petrus Damiani epist. II. ait fidem Ecclesiæ in eo esse, vt non modò Deipara, sed & Josephus ejus maritus virgo habeatur. Nunc ad Epiphaniiana magis Chronologica: hæc enim S. Epiphanius num. 16. In primis baptizatus est (Christus) si Ägyptiorum mensium rationem habeas, Athyr 12. A. D. vi. Idus Novembres, hoc est sexagesimo ante festum Epiphaniorum die, quâ is secundum carnem natus est; id quod ex Evangelio Lucæ constare potest; erat IESVS incipiens quasi annorum triginta, filius, ut putabatur, Ioseph. Nam si accuratam rationem ineas, non nisi 29. annorum erat, ac 10. mensium, cùm ad baptismum se contulit, ut 30. annorum, non tamen plenorum fuisse dicatur. Contra,

vnde constat Epiphanio Athyr 12. hoc
 est vi. idus Novembres Christum bapti-
 zatum, natum festo Epiphaniorum?
 præter mentem Ecclesiæ? iterum, quo-
 modo erat incipiens annorum triginta,
 exactis jam de anno labente trigesimo,
 mensibus decem, qui finiens potius erat
 annorum triginta, quam incipiens?
 Num. 22. anno quippe ab Incarnatione ad-
 ventujs suo 33. constat unigenitam Dei filium
 esse passum. Vnde id certum? iterum.
 Quibus successere Coss: Vinicius ac Lon-
 гинus Cassius, sub quibus Salvator passus est
 A. D. XIII. Kal: April: vnde probatur ad
 XIII. Kal: Apr: passum Deum? Num.
 26. Passus est XIII. Kal: Apriles, cum illi (Ju-
 dæi) vesperam unam antevertissent, hoc est
 lunâ XIV. nocturna mediâ, siquidem ante
 tempus illi pascha comederunt, ut Evange-
 lium testatur, ac nos sèpè monuimus. Qua-
 re biduo ante legitimum diem epulum Pa-
 schale celebrarunt, hoc est feriâ 3. ad vespe-
 ram, quod s. fieri oportuit: ita enim s. in
 XIV. incidebat. Cæterum eâdem illâ feria,
 die tertia ad vesperam compræhensus est,
 qua

quæ erat luna XI. nocturna; 16. Kal: Apriles, quartâ feriâ, eademq; nocturna luna XII.
 15. Kal: Quintâ feria XIII. diurna, nocturna verò XIV. 14. Kalendas Apriles. Pa-
 rasceue XIV. nocturna, XIV. Kal: Apriles.
 Sabbatum XV. nocturna, XII. Kal: Apriles.
 Demùm Dominica dies illuxit - - - pro-
 pter lunam XV. solisq; cursum. Tum quod
 resurrectio & æquinoctium in A. D. XI. Ka-
 len: Apriles incident. Verùm hæc omnia
 sunt contra Concilium Palæstinum, &
 Ecclesiam, quæ Cœnam Dominicam,
 statuit 22., anaftasin 25. Martij. Ante-
 vertisse autem Judæos biduo pascha pro-
 bat ex Judæorum Kalendario. Sed re-
 spondeo S. Epiphanius floruisse anno
 Christi 400. atq; ex hujus sæculi Judæis,
 eorumq; Kalendario, vnde enim alio?
 fursum argumentari, supponereq; illud
 ipsum per omnia Christi ætate integrum
 extitisse, quod probandum est, non sup-
 ponendum. Vnde quicquid super hoc
 Hebraico Kalendario, atq; Epiphaniij tex-
 tu doctissimi quidam viri moliuntur,
 funditus ruit. Enim verò, si multa ca-

dunt inter calicem supremag_z labra, quid non turbationis 400. annis accidere potuit, post eversa Solyma, dispersos, vagosq; homines, in rebus præsertim, quarum per inertiam cura est posterior, apud Judæos maximè: nam si hodie quoq; omnes querunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, crediderim etiam tunc Iudæos magis cavisse substantiæ domesticæ, saluti, vitæq; quam Kalendario. Deinde eâdem ratione hodiernum Judaicum Kalendarium ætate Christi viginisse asserueris. Hic inter cætera nota, nunquam fuisse querelam de Judæorum paschate male, atq; ante æquinoctium celebrato, nisi post passum Dominum, ergo signum est rectè eos antehac celebraſſe, maleq; erroris argui à postris post 400. annos: Numero 27. resurrexit porrò, prout Ægyptij numerant, Phamenoth 26. ipso æquinoctij die. Æquinoctium anno crucifixi Dei juxta Nicænum cedebat in 21. Martij, juxta Astronomos 23. Tandem, hic numerus manifestè contradicit numero 16, nā ibi docuerat Christū

Jor-

Jordanem accessisse anno completo 29.
& 10. mensibus, hic autem : itaq^{ue} cum 30.
anno jam elapso ad baptismum accessisset,
ac post eundem tricesimum &c. quæ ma-
nifesta est contradic^{tio}. Hæc sunt, quæ
ex Epiphanio colliguntur, partim secum,
partim cum Ecclesiæ sensu pugnantia,
ut de anno, quem asserit, sed nullo pro-
bat argumento, jure merito addubites.
Omitto alias aliorum diversas opinio-
nes, quas tota hac dissertatione sparsim,
licebit spectare. Agmen claudat Beda
Venerabilis, qui etiam, licet multa aliæ
præclarè in hac materia scripserit, ali-
quantum deflexit : cap: enim 45. l. de
temporum ratione ita habet. *Nam quod*
Dominus xv. luna, feria 6. crucem ascen-
derit, & una Sabbatorum id est die Domini-
ca resurrexit à mortuis, nulli licet dubitare
Catholico, ne legi, quæ agnum paschalem,
decima quarta die primi mensis immolari
precipit, pariter, & Evangelio, quod Do-
minum eadem vespera tentum à Iudeis, &
mane feria 6. crucifixum ac sepultum, pri-
mâ Sabbati resurrexisse perhibet, videatur

incredulus. Quod autem VIII. Kal. Aprilium crucifixus, 6. Kal: earundem die resurrexerit multorum latè Doctorum Ecclesiasticorum constat sententiâ vulgatum. Quamvis Theophilus Cæsareensis, antiquis videbicit, vicinusq; Apostolicorum temporum Doctor -- ita dicit &c. constitutumq; est in illa Synodo ut ab XI Kal. Apriles usq; in VIII. Kal. Majas pascha debeat observari. -- Sin verò annum qualem querebas, in loco quem putabas, invenire non poteris, vel Chronographorum incuria, vel tue potius tarditati culpam adscribe, tantùm diligenter cavens ne Chronicorum scripta defensando intemerabile legis vel Evangelij testimonium videaris impugnare dicendo Dominum Salvatorem vel 15. vel 16. imp. Tiberij Cæsaris vel 29. aut 30. suæ atatis anno sacrosanctum crucis subiisse mysterium cùm Evangelia manifestè significant 15. anno Tiberij præcursorum Domini prædicare cepisse &c. Omnia præclare, excepto solum quod à Concilio Palæstino in passionis resurrectionisq; die recesserit. Et quis hic ab vnanimi Sanctorum Patrum

trium consensu, in re hactenus neutiquam de tide, audebit argumentari? En, ipsius adeò, vulgatissimæ alias, Dionysianæ æræ caput multiplex. Anno uno propè ante Christum, id est à Kalendis Januarijs natalem Salvatoris antecedentibus, putationem suam orditum Sigebertus, Marianus Scotus, Eusebius, Hieronymus. Anno his posteriùs Franci, Carolus Magnus, Occidens. Inter hos Romana Camera octavum Kalendas Januarias pro capite statuit. Multi annos eosdem Christianos à Kalendis Martijs censem, initio videlicet mensis, quo Servator conceptus est. Multi ab æquinoctio ducunt principium. Octavum Kalendas Apriles, quocunq; tandem die æquinoctium accideret, multi sibi delegunt, concepti Verbi magis, quam solis habita ratione. Sed hoc non obstante, ipsas Kalendas Apriles, velut proximum ab annuntiata Virgini salute novi mensis exordium quidam arripuerunt, quidam ipsum pascha mobile. Ita æra vna, multifariam discepta, suas movet diffi-

cultates, ut quod de pluribus sp̄eres, vix
 invenias, nisi ubi vnam complexus fue-
 ris, cæteras adversarias experiaris. V-
 num hic ne omiserim, si penitus in hac
 līte vacaret examinare sanctos Patres,
 Autoresq; qui pro concepta sententia
 frequentes allegantur, dubium alij, con-
 trarium multi forte dicerent testimoniu-
 um: ita quicquid causæ nostræ fauere
 arbitramur, ingeniosè amplectimur, no-
 strumq; facimus. Quapropter jure con-
 cluserim, siquidem vnanimis omnium
 omnino Sanctorum Patrum non sit con-
 sensus, certi hinc statui nihil. Hæc verò
 ego cò non dico (vt iteratò me purgem)
 quasi tot doctissimis viris, sanctissimisq;
 Patribus derogatum contendam in ne-
 gotio hactenus licentissimè controverso:
 temporum iniquitas totam hanc incen-
 dit controversiam: cùm enim ab ipso
 Christi in cœlos abitu persecutio[n]es or-
 tæ valentiùs flagrarent, Judæorum pri-
 mūm, tum Romanorum Imperatorum,
 atq; ad Nicænam vfq; Synodus desæ-
 vissent, inter quas Christiani circumibant

in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, in cavernis terræ, quisque pro notitia, quam ex tempore acquisierat, festa pie magis, quam opportunè exquisiteque celebrabat: ubi tempestas paùlum subsedisset, quasi in comitia convocati rursum insperatò disiiciebantur.

Quæ causa fuit, ut cum variæ per orbem, quamvis privatæ adhuc erigerentur Ecclesiæ, Antistites præficerentur, varijs varijs inirent sententias; quo usque in Palæstina, ac Nicæna deinde Synodo prolatis coram sententijs securè disputari ceptum est, atque in hodiernum usque diem folertiissimè differitur. Et quod verò mirum post turbulentia tria secula ortam hanc altercationem inter diversas nationes, loca, tempora? cum quæ ad meridiem nudius quintus esa sint, saepius controvartamus? Ad reliquos Autores respondeo, multo minus ex iisdem litem hanc decidi: enim verò hic,

*Qui velit ingenio cedere, nullus erit,
sed*

Pro se quisq; viri summā nituntur opū uit
 stipati quā ratione, quā veterum au-
 toritate. Ut plurima taceam, id, in quod
 reliqua confluunt omnia, sit argumento.
 Natum Christum quidam anno volun-
 Juliano 40, quadragesimo primo qui-
 dam, quadragesimo secundo, quadrage-
 simo tertio nonnulli, nonnemo quadra-
 gesimo quarto, quadragesimo quinto
 demum Dionysius Exiguus cum Eccle-
 sia, si rationem ineas à Decembri, au-
 etiam Martio, epocha Dominicæ Incar-
 nat onis. Factum bene! ut qui cum v-
 surpatâ æra convenire noluerunt, à se
 invicem annum integrum, biennium,
 quadrienniumq; deficerent. Hinc plu-
 res Authorum subsidiariæ producuntur
 cohortes; oppositæ partim rei ciuntur,
 partim explicantur, partim ad Gramma-
 ticam vsq; examinantur, ac corriguntur.
 Quin quod mirere maxime, unus idemq;
 testis, vbi fauet, ad tribunal Chronolo-
 gicum, ceu integerrimus sistitur, vbi mi-
 nus ad gustum scribit, ceu fide minus di-
 gnus vltra limen ablegatur. Qua in ho-
 minum

minum infelici gente præsertim censemur Flavius Josephus, Eusebius Cæsarenas, Astronomi. Ita ubi Autores hos plurimum versaris, minimum didiceris quo natum, baptizatum, passumque anno asseras assertorem nostræ salutis Christum. Universim autem illis nuntiatum esto, senatum cogant, quodque bene vertat publicæ rei, sanctos Patres in sententiam unam omnes adducant, ipsique in eandem unanimiter conspirent, tum consultum vulgent, secus nos, tantisper, æram Dionysianam bona cum gratia retinebimus, usurpabimus; volentibus non-lentibus adversarijs: neque enim quod Caius dicam scribat Sempronio, Titius sua cedit possessione. Tertiò quæri jure potest, cum usque huc viri undequaque clarissimi in hac controversia plurimum desudarint, nihilne seorsim tandem repererit aliquis, quo nitamur? Herodis certè meminere Euangelia, Scriptoresque sacri juxta ac profani. Adverte prius, totum hoc ab Herode sumptum argumentum non esse mentis meæ; solum ostendere

dere volo, quām inter se non conuenient, qui qui Herodianis nituntur actis, à Josepho consignatis. Idcirco respondeo primò indignum mihi pridem visum, super hypothemate, annisq; immanissimi post hominum memoriam tyranni, nati De i Chronologiam constituere, eandemque, velut Atlante cœlum, fulcire. Respondeo secundò, nullum Chronologicum argumentum magis, quām ab annis Herodianis accersitum, vacillare. Aliud siquidem de ætate illius constat nihil, quām apud Flauium Josephum mortuum esse fere septuagenarium, quo porro natus anno, quo sit mortuus, minimè liquere, quod consularibus an olympicis annis, an alijs vtatur Flavius, & siquidem horum aliquibus, an ijsdem constanter, dubium sit non minus. Nititur quidem in silua Chronologica exemplis, vt fatetur, anxiè conquisitis, probare Joannes Keplerus usurpare Josephum annos consulares, sed aliud probat nihil, quam aliquando solūm ijsdem vti, an semper, constanterque, non constare.

stare. Probat deinde, quæ gesta narrat
 Flauius, contigisse annis consularibus,
 quod vtiq; est verissimum: ita enim ea-
 dem contigerunt etiam annis periodi
 Julianæ, vrbis conditæ, Philometoris,
 Ptolomæi Philadelphi, Alexandri, Darij
 Histaspidæ, Cambysis, Nabopallasaris
 Mardo Kempadi, &c. si vltra, citraque
 epocham suam producantur, quibus ta-
 men neutiquam vtitur Flauius. Ac licet
 religiosa ad speciem pro veritate oratio-
 ne DEVUM obtestetur, cum tamen princi-
 pio statim prodat se pro natali CHRISTI
 complecti annum quadragesimum pri-
 mum Julianum, quia sic stella CHRISTI
 cum stella nova serpentarij (en rationem
 pro veritate arrepta adæquatam) hoc
 commune nanciscitur, vt vtraque in-
 conjunctionem magnam igneæ triplici-
 tatis incidat, manifestè anticipati affe-
 ctus se reum facit. Balaam videlicet super
 excelsa Baal, de summis silicibus & colli-
 bus, volente jubente numine è triplicita-
 tis igneæ tripode vaticinatus est, orietur
 stellæ ex Jacob, Magiq; ipsi non ab oracu-
 lo,

lo, aut D^EO, sed eiusdē triplicitatis ignea
 speculatione sidus oriturum didicerunt.
 Vnde verò hæc omnia annos cedo, epochas,
 motus, quibus vñi Magi sapientes,
 idque tantis interuallis omnia infallibili-
 lia. Vnicè verò, & infallibiliter quo anno
 sit Balaam vaticinatus? vt nihil dicam,
 amplius, stellam Magorum ducem ad
 triplicitatem igneam referre, est mira-
 cula, DEI solius opera singularia ener-
 uare, ac naturalia facere. Quis si hic,
 quem putat, annus est CHRISTO natali-
 tius, quamobrem filo nusquam interru-
 pto vigesima tertia Martij aliam enim
 traditio Ecclesiastica, & Christianitas
 haut permittit) cum Astronomus sit in-
 ter plurimos clarissimus, plenilunium
 passo D^EO non consignauit? consignauit
 eclipsin Herodianam? Accedit, annos
 Herodianos recitari passim diuersos; æta-
 tis alios, acquisiti Romæ, atque in senatu
 obtenti regni alios, alios eiusdem regni
 per Augustum confirmati, epochis om-
 nium per diuersos Auctores satis incer-
 tis. Sunt, qui post Magorum abitum, ac
 non

non ita diu ab imperato per summum
scelus infanticidio ad imminens pascha
inuisam terris, cœloq; animam extrusis
se putent, impijs tyranni manibus vmb-
bris alacriter applaudentibus

-- -- -- -- -- agitate flagellis
Trans Styga trans Erebum, vacuo mandate
Barathro,

Infra Titanum tenebras, infrag recessus
Tartareos, ipsumq; chaos, quo Ditis opaci
Fundamenta latent, præceps ubi mersus an-
helet,

Dum rotat astra polus, feriunt dum littora
venti.

atque utinam tantisper, non æternūm.
Sunt alij, qui Innocentum infandas cæ-
des in biennium differant. Verbo, quām
vagum sit anni Herodiani principium,
ad natalem CHRISTI statuendum vel ex
hoc intellige, quod natum CHRISTVM
affirmet anno Herodiano vigesimo nono
ineunte Baronius in apparatu.

Trigesimo, Abulensis c. 2. in Matthæum.

Trigesimo primo, Beda l. de 6. ætatibus.

Trigesimo secūdo Eusebius in Chronico.

Tri-

Trigesimo tertio Seuerus Sulpitius l. 2.
& S. Epiphanius Hæresi 51.

Trigesimoquarto Torniellus in tabulis
Trigesimosexto Scaliger l. 6. de emend.
tempo.

Trigesimosexto confirmati ab Augusto
regni, sexagesimo octauo ætatis, De-
kerius.

Trigesimo sexto initi, trigesimo nono de-
signati regni Salianus, qui in Herode
Flauium mendæ arguit, aut deceptum
opinione sua scriptorem arbitratur. Ne-
gocium videlicet facessit omnibus locis
Josephi antiqq. Judd. l. 14. c. 17. Qua eti-
am de causa madosos aiunt numeros
Flauianos Baronius, Dekerius; atque hic
pro $\pi\epsilon$ restituit $\pi\epsilon$. Sed hæc Josephum
pro libitu, potissimum ubi minus faueat,
corrigendi licentia nullatenus est tole-
randa: pari namque jure eundem, aliosq;
Auctores madosi typi suspectos passim
feceris. Maneat igitur (nunc) non 25. sed
15. ætatis anno post confectum, ut pleri-
que volunt, bellum Alexandrinum,
Quinto Fusio Caleno, & Publio Vatinio

Iſau-

Isaurico Consulibus, hoc est non nisi
 quindennem Herodem à parente Anti-
 patro Galilææ præfectum. Minus ad rem
 faciunt conjecturæ, quibus si pro inge-
 nio, genioq; vti libeat, plurimam euerte-
 ris historicam veritatem. Hic certè defe-
 ctum ætatis supplebat naturæ sagacitas,
 dexteritas, & perpetuum usurpata calli-
 ditas, seu vt Flavius ait, *generosum inge-*
nium. Neque puto valet, Nero Agrippam
 juniores ante decimum septimum an-
 num non permisit adire regnum pater-
 num, ergo Herodem Antipater non præ-
 fecit Galilææ anno decimo quinto : pa-
 rum enim interest inter annos quindecim-
 um completum, & incompletum se-
 ptimum decimum, more historico usur-
 patos : multa etiam intercedunt inter
 Neronem & Antipatrum, Dominum &
 parentem, Herodem & Agrippam, re-
 gnum & Galilæam, regem & præfectum.
 Aut si valet sequela, valeat itidem, Sena-
 tus Caium & Lucium, annum agentes
 decimnm quintum Consules designa-
 uit, ergo & parens filium honoris, incita-

mentique gratiâ quindennem Galilææ
præfecit. Moderator quoque, vti Caio in
Syriam primùm Lollius, tū Quirinius, du-
cesq; idonei juueni Præfecto præfici po-
tuere: parens inspecto ad huc viuebat,
resq; à militibus gestæ sæpe dominis im-
meritis adscribuntur, facillimè Herodi à
Josepho, Gabinij & Antonij in Syriam
appulsus vel seriùs accidit, vel quæ de
Herodem inter & Antonium familiaria-
tate referuntur ad parentem Antipa-
trum, in cujus gratiam aliquid puerò si-
lio, vti fieri sueuit, Antonius indulserit,
sunt reuocanda: vel demum quod id
ætatis puerum, vltra ætatem sapientem
nosse ceperit Antonius. Ecquid verò
magni tandem diceret Iosephus de He-
rode, si annos natum quinque, aut etiam
septem trans viginti strenuè fecisse dice-
ret? verba Iosephi, cùm esset penitus, aut
modis omnibus adolescens, ^{veòrns}, seu
adolescentia illi nihil obfuit ad res forti-
ter gerendas, amplius quiddam, insolent-
iusq; innuunt. Quapropter si Herodes
decimo quinto anno Quinto Fusio Cale-

no & Publio Vatinio Isaurico Galilæam
 administrare cepit, natus est anno ante
 Christum sexagesimo secundo circiter,
 mortuus verò, siquidem septuagenarius
 prope mortuus, anno æræ Dionysianæ
 octavo plus minus, ut docet Spondanus,
 suffragareturque eclipsis Herodiana (nisi
 aliud postea afferendum obfisteret) in-
 fallibile siquidem argumentum se duce-
 re putant, qui assertioni Flavianæ inni-
 tuntur: ait enim Josephus mortuum He-
 rodem inter plenilunium eclipticum &
 paschale (nam l. 17. c. 8. & l. 1. de bello Ju-
 daico c. vltº docet ante mortem Herodis
 cinefactos Rabbinos, lunamque defe-
 ctam, & l. 2. de bello Judº. i. c. parum à
 morte Herodis celebratum pascha) vnde
 concludit Scaliger mortuum anno Iu-
 liano quadragesimo quinto, quod defec-
 tum luminis passa luna sit inter octa-
 vum & nonum Januarij. Erit etiam for-
 tasse qui Juliano quadragesimo tertio de-
 cessisse velit, quod eodem Kalendis Mar-
 tijs acciderit plenilunium nodum po-
 ne; Id verum interim per me esse licet

non liquet. Imò quadragesimo secundo,
 Martij decimâ tertiatâ horis antelucanis
 Ierosolymis spectatam oppositionem
 eclipticam magnitudine digitorum cir-
 citer quinque testis est Ioannes Keplerus.
 Iacobus etiam Salianus cum afferat na-
 tum Salvatorem anno Iuliano quadra-
 gesimo quarto, nonâ Ianuarij vult lu-
 nam eclipsatam. Quin Illustrissimus Car-
 dinalis Baronius, quod octavo Christi
 anno Herodem mortuum afferat, Chri-
 stum verò natum anno Iuliano quadra-
 gesimo tertio; sexto Dionysiano lunæ
 defectum ostendat, parest. Ex quibus ri-
 te inferas, vel omnibus, vel aliquo mor-
 tum Herodem, non prius, posterius igi-
 tur: at quo? tu arbiter esto. Attende hic
 Iosephum non dicere eclipsin illam Ie-
 rosolymis spectatam, sed solum plenilu-
 nium eclipticum innuere, ubi gentium?
 nihil interesse: deinde non afferere duo
 proxima inter se plenilunia, sed plenilu-
 nia, eclipticum unum, paschale alterum.
 Qua acceptione largiter fefellit Iosephus
 spem nepotum, cum annum totum va-

gandi

gandi licentiam fecerit suis narratis: nam
 inter exustos aquilæ eversores, & mor-
 tem Herodis tam multa narrat, quâm
 multa in alterum tertium mense mense
 cogi vix possunt. Autumo ego illum hic
 annum intelligere non Romanum à Ka-
 lendis putatum Ianuarijs, sed Iudaicum,
 vel civilem seu contra diuum ab idibus
 Octobribus, vel etiam Iudaicum Eccle-
 siasticum, à paschali nouilunio. Inter-
 pres meus Iosephianus ita habet, *ea nocte*
in quam Lunæ defectus incidit, Græcus ve-
rò textus, καὶ ἡ σελήνη δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ εξ
έλιπε, ea nocte, intellige exustos aquilæ
aureæ demolitores. Attende tertium, ut
 plenilunium aliquod sit eclipticum lu-
 nam sub mediam oppositionem à nodo-
 rum alterutro, seu *εἰς τὴν περγάσιλην, ut*
 loquuntur Astronomi, seu *εἰς τὴν ἐπόμην,*
 ultra quindecim gradus & prima duo-
 decim abesse nequaquam debere. Quare
 hoc argumento duoti facile de annis e-
 clipseos suspectis judicium feremus.
 Quò verò de paschali etiam plenilunio
 conijciamus, tenendum est, annis ultra-

citraque natalem Christianum proximis
 æquinoctiis verum evenire solitus,
 die Martij ciuili vigesima tertia, in quam
 si plenilunium aliquod cadebat, vel pro-
 xime sequebatur, paschale censebatur.
 Hæc si vera sunt, uti sunt verissima, ex
 Herodis morte ductum parum conficit
 argumentum: nam ab anno Iuliano qua-
 dragesimo usque ad quinquagesimum
 tertium quatuor minimum mediæ ecli-
 pticæ celebratæ sunt oppositiones, idque
 inter Kalendas Ianuarias & pascha: plu-
 res dubio procul à paschate per annum
 totum: de prioribus vide annexum later-
 culum.

Año	Men	Die	H.	/	//	S	O	/	//
Julia no	se								
42°.	Mar tio	12	4	4	10				
Motus Latitudis.	¶					3	5	37	22
Absentia	¶ a ¶					0	5	37	22

Año	Men	Die	H.			S	O		
Julia	se								
no									
44°.	Jan.	20	8	57	31				
Motus Latitud.	¶					2	21	2	46
Absentia ¶ a nodo						0	8	57	14
45°.	Jan.	8	17	46	11				
Motus Latitud.	¶					2	22	5	34
Absentia ¶ a 88								54	26
53°.	Feb.	8	19	11					
Motus Latitud.	¶					9	6	8	29
Absentia ¶ a 88							6	8	29

Quocirca ex his certi nihil de mortis anno concludi potest, quod plures sint eclipsi obnoxij. Imò quinquagesimo tertio mortuum, id est octavo Dionysiano, faciet Iosephus, dum anno ætatis decimo quinto Galilæam administrasse testatur, quod cum argumento ab oppositione ecliptica omnino consentit. Neque sufficiēter clides, si dixeris, cadere hoc pleni-

lunum in horam matutinam septimam,
 atque adeo ipsum civilem diem nonum,
 tum quia etiam sole supra horizontem
 existente lunam pati defectum, & Plinius,
 & nostræ ætatis testantur exempla, idque
 ob refractiones, qui casus cum diei non
 adscribantur, in antecedentem noctem,
 sunt referendi : tum quia luna solem se
 queretur, serius medium, prius accidit
 plenilunium verum. Quin textus ipse id
 secum videtur ferre, antea siquidem me
 minit exustos aquilæ eversores, deinde,
 quasi posterius quiddam defectam lu
 nam, quæ si prius quam cremaretur, de
 fecisset, more omnium in hujusmodi ca
 sibus, historicorum, eclipsin velut pro
 dromum, fataleque signum anteposui
 set. Quis nesciat etiam Herodem homi
 nem sagacissimum, ne internecione qua
 draginta duorum hominum, uti postea
 sub Archelao in eadem causa factum,
 tumultuarentur propinqui, non solùm
 noctem, sed etiam adultam noctem ele
 gisse? Quam ob rem si adultâ nocte pyra
 in

inflammata est , parum ante lucem ,
 atque cum luna extincta est. Atqui cer-
 tum est , ais; Archelaum post Herodis obi-
 tum regnasse annos novem , & quinqua-
 gesimo primo anno Viennam Gallorum
 relegatum ex Dione. Iosephus item nu-
 merat ab Aetiac a pugna usque ad Arche-
 lai relegationem annos triginta septem ,
 (Salianus triginta novem) ab anno Iulia-
 no decimo sexto usque ad quinquagesi-
 mum primum , ergo Herodes mortuus
 est anno 42°. Juliano. Respondeo pri-
 mūm , Dionem hæc scripsisse anno Chri-
 sti circiter ducentesimo , temporibus Se-
 veri , quo intervallo multa obliterari
 poterant , & à Iosepho Iudæo bona fide
 sua mutuasse (vnde sicubi Dio consonet
 Iosepho pro vno , non gemino haberi te-
 stimonio) & Iosephum secum pugnare : si
 enim anno decimo quinto ætatis Gali-
 læa præfectus est , ab Alexandrino sta-
 tim , vti plerique volunt , bello , & septua-
 geñarius prope mortuus , ergo quinqua-
 gesimo tertio Juliano ; idque elidit an-

num quadragesimum secundum Iulia-
 num mortis Herodianæ. Quod de Iose-
 pho & Dione dixi , idem tenendum est
 de plerisque alijs Iosepho posterioribus
 scriptoribus : bona enim fide secuti sunt
 Flavium : unum igitur est omnium, non
 multiplex in hac causa testimonium, ne
 quis auctoritate plurium triumphet.
 Quo verò jure licet alijs pro anno Hero-
 diano quintodecimo capere vigesimum
 quintum , vel etiam vigesimum septi-
 mum, fas erit alijs textum Iosephi corri-
 gere, & pro trigesimo septimo statuere
 quadragesimum septimum ., inter pu-
 gnam Actiacam & relegatum Archelaum ,
 rependentibus sibi talionem cor-
 rectoribus, quum Melchior Canus clarè
 doceat l. loco: Theologico: II. c. 5. Iose-
 phum in numeris menda habere innu-
 mera; Baronius autem in apparatu , no-
 vem annos Herodianos omisisse nume-
 rare. Vide plura ibidem in Josephum .
 Et erit fortè, in hac Scriptorum facultate,
 qui neget Iosepho, nono præcisè princi-
 patus anno relegatum Archelaum : imò
 de

de facto est vir doctissimus Henricus^s
 Spondanus, Romanus presbyter, cuius
 verba libet hic ad verbum exscribere.
 Anno Christi decimo sexto, duobus Sextis,
 ijsdemq; Nepotibus, Pompeio & Appuleio
 Coss: Archelaus Etnarcha nono principa-
 tus sui anno Romæ à Legatis Samaritanorum
 ac Judeorum de nimia crudelitate, ac tyran-
 nide judicio postulatus, & ab Augusto accer-
 situs, Viennam, Gallię civitatem, in exilium
 mittitur, pecuniq; ejus fisco adjudicata, &
 ditione universa Syria juncta: ad quam guber-
 nandam missus est Procurator Coponius, Eques
 Romanus. Hæc pluribus Josephus, qui tamen
 sibi parum constans, alibi dicit id accidisse
 anno regni Archelai decimo, longeq; ante hæc
 tempora collocat, secundum initum semel er-
 rorem Herodis patris Archelai: sicut & perpe-
 ram Dio relegationem Archelai, quem nomi-
 nat Herodem, ponit sub consulatu M. Aemiliij
 Lepidi, & L. Arruntij anno V.C. septingen-
 tesimo quinquagesimo nono. Ceterum assenti-
 tur nostræ huic Chronologie Eusebius, quem
 scimus ea, quæ hujus sunt temporis, esse mu-
 tuatum à Phlegonte Chronographo omnium,

antiquissimo ac famosissimo. Eusebium verò
 secutus est Beda, & alij nobiliores Chronogra-
 phi. Utque plurimum testimonio Iose-
 phum dubium habeas magis, Hierony-
 mus Vecchiettus de anno primituo, &c.
 c. 33. textum Iosephi l. 17. c. 10. *Vita de-*
functus est post detrusum à regno Antigonus
anno 34°. ex quo autem rex à Romanis decla-
ratus est anno 37°. ita corrigendum autu-
mat, post detrusum regno Antigonus
anno 37°. ex quo autem à Romanis Rex
declaratus est 40. vel 41°. &c. Jam re-
*spondeo secundò, Dionem prochronis-
 mo laborare, & regulam superius alla-
 tam hic tenendam, nempe Historicos,*
ob connexionem rerum simul referre,
quæ sunt temporibus distinctissima. Vi-
de fidem Dionis. nam l. 49. circa medium
ita narrat. Antonius Herodi cuidam regno
Iudeorum concessò Antigonus cruci alliga-
gatum (quo supplicio nullus unquam rex à
Romanis erat affectus) flagris cecidit, ac de-
inde jugulavit. Id factū Claudio & Norbano
Consulibus, año videlicet Iuliano octauo.
Interim librū 48. hoc modo claudit. Hac
hyeme

hyeme gesta L. Gellio & Cocceio Nerva Coss:
 cum hæc consulū paria M. Agrippâ, &
 L. Caninio, id est anno integro dirimantur.
 Miscet itaque Dio priora posterioribus,
 vt neque ex hoc veritatem liceat
 ad vnguem examinare. Adverte obiter
 biennio dissōnare Iosephum & Dio-
 nem: nam hic Claudium & Norbanum
 Consules assignat, ille Cn. Domitium.
 Calvinum & Caium Asinium Pollio-
 nem antiqq. Iudd.l.14.c.26. quando ita-
 scribit. Antonium verò mutatae Herodis
 fortunæ commiseratio subiit, reputantem
 quod etiam ab illo fastigio devoluantur ho-
 mines, non mediocriter movente eum cum pa-
 terni hospitij memoriam, tum pecuniā, quam
 Herodes pollicebatur, si eius ope rex fieret,
 quemadmodum ante potestatem tetrarchæ
 consecutus fuerat. Sed præcipue huc impelle-
 bat odium Antigoni, quem quod pro turbu-
 lento haberet, ac Romanis infestissimo, ad ju-
 vandum Herodem erat propensior. Cæsar quo-
 que partim propter Antipatri militiam in
 Ægypto cum patre ipsius toleratam, & ho-
 spitij jus, ac reliquam benevolentiam, partim

ut Antonio gratificaretur, quem valde studiosum Herodis sciebat, ad dignitatem ipsius tuendam, & conatus promovendos erat paratissimus, convocatoque Senatu Messala, ac deinde Atratinus commendarunt productum, Herodem, tam patris, quam ipsius beneficia, & studium Romani nominis commemorantes: simulque accusaverunt, & hostem declaraverunt Antigonum non solum ob vetera crimina, verum etiam quod contemptis Romanis a Parthis accepisset imperium: quibus rebus cum senatus esset offensus, tum Antonius eum docuit, quod etiam ad Parthicum bellum plurimum conduceret regnare Herodem: idque mox omnium suffragiis approbatum est. Quod insignius fuit erga illum Antonij studium, non solum quia praeter ipsius spem regnum ei paravit: nunquam enim putabat Romanos hoc sibi concessuros, solitos hunc honorem regio servare generi, & ideo conjugis suæfratri petiturus erat Alexandro nepoti ex patre Aristobuli, ex matre Hyrcani, sed etiam quia intra septem dies insperata felicitate ornatum dimisit ex Italia. Cæterum dimisso Senatu Antonius & Caesar medium habentes Herodem

exiverunt Consulibus, cæterisque, magistratibus deducentibus, ascenderuntque in Capitolum sacra ibi facturi, & Senatus consulta deposituri: & novus rex primo regni sui die conuvio acceptus est ab Antonio, atque hoc pacto ille regium fastigium adeptus est 184. Olympiade Caio Domitio Calvino iterum, Caio Asenio Polione Consulibus. Vbi vides non solum quomodo rex declaratus Herodes, sed etiam signatè quibus Cossis. Adde quod teste eodem Iosepho l. 17. c. 10. & l. 1. c. vltº de bello Iudaico, triginta quatuor annis regnârit ab depulso regno suo Antigono, trigesita septem ex quo Rex declaratus est in senatu, (quibus contradicit Hieronymus Vecchiettus³) ergo verum non est, & regem declaratum & Antigonum jugulatum ijsdem consulibus Claudio & Norbano, sed Herodem regem declaratum Calvino & Polione Consulibus, jugulatum Antigonum sub Claudio & Norbano: inter declarationem enim & jugulationem multa intercesserunt, de quibus consule Iosephum antiqu. Iudd. l. 14. c. 27º. & 28º.

his

His non obstantibus largiter ac pro libi-
 tu penè per Senatum & Antonium re-
 gnum Herodi deferunt Auctores anno
 Juliano sexto, septimo, octavo, nono.
 Adverte 2º. anno vno & fortè amplius
 iterum dissonare Iosephum ac Dionem,
 siquidem hic docet Antigonus inter-
 emptum Claudio & Norbano Coss. Io-
 sephus autem Antiqq. l. 14. c. vltº. capta
 Solyma M. Agrippa & Caninio Gallo; l.
 verò 15º. c. i. interemptum Antigonus
 ijsdem yisque Coss. siquidem anno
 Sabbatico hęc capta est, ille interemptus,
 vt iex citatis locis constat: vel si capta sit
 civitas in autumno (estate enim oppu-
 gnata est l. 14. c. vltº.) post inchoatum
 Sabbaticū, & vere proximo interemptus
 Antigonus, tum Coss. Gellio Poplico-
 la & Cocceio Nerva, quod majorem &
 biennalem infert inter hos auctores di-
 screpationem. Enimverò si de his certo
 constare non potest ex Iosepho & Dione,
 quid certi de Natali Christi, baptismo, ac
 morte eius ab ijsdem peti poterit? Re-
 spondeo tertium, Iosephum apud Baro-
 nium,

nium, Salianum, alios, ita vapulare, ut
 vix amplius fidem mereatur. Respondeo
 quartum, quid tandem magni est, Iose-
 phum sibi contradicere? cum id non se-
 mel Iosephum facere doceant Baronius,
 Salianus; ut hic, cum asserit Herodem,
 quindennem Galilææ præfectum, dein-
 de Caium Romæ in templo Apollinis
 Archelai & Antipæ liti interfuisse; paulo
 ante obitum Herodis lunam defecisse,
 37. annos inter pugnam Actiacam, & re-
 legatum Archelaum intercedere; Arche-
 laum nono principatus sui anno Vien-
 nam Allobrogum deportatum, &c. a-
 deò, ut vni narrorum istorum, cuius
 tandem, sit vis literaria inferenda, etiam
 porro illatam esse constet, cum alij 15^m.
 in vigesimum quintum, aut etiam vigesi-
 mum septimum annum commutârunt,
 alij eclipsin illam putatitiam fecerunt,
 quales scriptores profani plures habent.
 Exemplo sit defectus necato Cæsare,
 quando, ut quidam volunt, aëre nubilo
Sol caput obscurâ nitidum ferrugine texit,
Imperioq[ue] aeternam timuerunt secula noctem.

Item defectus ille dū Xerxes Hellespon-
tum traiicit, quem multi phasma potius
quoddam quām defectum verum fuisse
probant viri Astronomiæ minimè im-
periti. Hæc si vera sunt, crediderim ego
pertinaces crematorum Rabbinorum,
asseclas quiddam hic confinxisse, argu-
mento à cœlesti ostento ducto inter
quadraginta duorum hominum vapo-
rosam vstulationem, nubibus præsertim
succedentibus, lunâ prope horizontem,
alias cupreâ, loco profundiore, Hieri-
chunte, &c. Ut verò videas, quām vndi-
que premantur Herodiano vitæ, regni-
que ducti argumento, parum omnino
juvat Spondanum eclipsis anno Juliano
53°. nam Iohannes Dekkerius ex Iosepho,
alijsque docet moriturum Herodem,
Cajo (Iuliæ, & filijs habet Iosephus) quin-
quaginta legasse talenta, Cajumque liti
Archelai & Antipæ post mortem Hero-
dis Romæ cum Augusto in templo Apol-
linis non interfuisse solum, sed & præ-
fuisse; non competit autem hoc anno Iu-
liano quinquagesimo tertio, sed alicui
inter

inter quadragesimum primum, & quadragesimum quintum, quod Cajus post quinquagesimum tertium non Romæ, quò postea nunquam revenit, sed in Syria Asiaque degeret, vel certè Limyræ Lyciorum fato jam occubaret. Paraphrus Dekerianus p. i. ita habet. *Augustus Optimates Romanorum ad concilium vocat, in quo tunc primum ex Agrippa filia sua natum Cajum sedere jussit filium adoptivum, cui etiam primum tunc in Consistorio locum assignavit.* Quapropter si Spondanus sententiam suam tueri velit, neget oportet Cajum præfuisse liti Archelai & Antipæ. Imò de facto negat Jacobus Salianus anno quadragesimo sexto Iuliano, ridetque Josephum in hæc verba. *Josephus autem cohonestandi conciliij gratiâ, in quo de Hebraeorum rege ac regno agebatur, Caij, ut arbitror præsentiam adjecit: cum enim ex Romanis fastis didicisset hoc anno quadragesimo sexto Juliano fuisse consulem, existimavit eum Romæ adfuisse, & ibidem gessisse consulatum.* Probabilis suspicio, proximaque omnino vero: nam Iose-

phus vnde vnde potest res Judæorum,
 ornat. Hinc inter Iudaicas & Romanas
 annorum, consulatumque hospes ho-
 mo constitutus rationes & se, & tempora
 turbavit non satis accuratâ combinatio-
 ne. Si quis me super Iosepho, contro-
 versisque ejusdem locis sententiam ro-
 get, putem, vel Iosephum errasse in no-
 vennio, decennioque principatus Ar-
 chelai consignato, vel errorem typo-
 graphicum irrepisse. Quid enim toto
 hoc aëtum decennio? funus Herodis cu-
 ratum, compositus ob crematos Rabbi-
 nos tumultus, Archelaus Romam profe-
 ctus, bis interim sedati à Varo Iudæi, alijs
 quinquaginta accusatores Romam di-
 missi, confirmatum à Cæsare testamen-
 tum Herodis, Archelaus reversus, Ioaza-
 rus & Eleazarus depositi, regia Hieri-
 chuntina refecta, aquæ Nearam vicum
 infestantes in palmetum consitum de-
 riuatæ, Archelais vicus ignobilis condi-
 tus, ducta Glaphyra, quæ omnia quin-
 quennio confici potuere. Quicquid si
 Iosephus sibi neutiquam constat, annus-
 que

que Christo natalis ex Historicis, præser-
tim Iosepho, ægrè elicetur.

Quarto. Verùm in annum Augusti quadragesimum secundum plures con- spirant. Respondeo nihil hoc aleâ cer- tius : nullus enim disertè probat Chri- stum natum anno quadragesimo secun- do, sed per consequentias deducunt, vel potius accommodant; deinde variant, dum trigesimum nonum assignant qui- dam, quidam quadragesimum, quadra- gesimum primum, quadragesimum se- cundum, quadragesimum tertium, & quadragesimum quartum alij, ut horum quoque putationes sint Herodianis' æquè lubricæ : etenim à Cæsarî in Se- natu nece eosdem plures ordiuntur, à consulatu quidam, Septembri per vim inito, quidam à Kalendis Januarijs se- quentibus: pugnam Actiacam pugna- tam volunt multi anno Juliano 15. Ia- cobus autem Christmannus de cal. Rom. anno 16. 2. Sept. Ægyptijs 1 v. Kal. Se- ptembres. Sunt qui Actiacos pro Augu- stais usurpent, sunt qui ab Alexandria-

capta; & morte, quam sibi cum Cleopatra concivit Antonius, tanquam devictis æmulis, Augusto imperium deferrant; cui credendum sit ex asse, mibi nesciendum liquet. Par, immo eadem incertitudo est in annis Augustorum: quidam enim, annum vigesimum octavum componunt anno Iuliano quadragesimo quarto, vigesimum nonum alij, qui proprius sapiunt, siquidem Kalendæ Januariæ dent initium, non Sextiles, trigesimum conferunt quadragesimo quinto Juliano. Dissensionem causant pugna sub Actio, capta Alexandria, ætas, principatus, diversum æræ in decurrente anno principium; quodque alijs argumentis accedit, huic quoque applicantur nempe solùm anni isti nato Christo, signatè nullus à quoquam scriptore ponitur. Probabilius omnibus Robertus Card. Bellarminus 56. annos Augusto tribuit, & 42^m. Augusti pariat anno Juliano 45°.

Quinto. Sed à Consulibus, fastisque Romanis invictum ducatur robur, teste S. Augustino, Salmerone, Baronio, Soasio,

rio, Pererio. Ita quidem, si scriptores
 Evangelici horum meminissent; secus
 quid Christo, Consuli æterno, cum con-
 sulibus terræ, olympiadibus, &c ? quis
 enim revelavit, hoc an illo consule natus
 sit Servator ? interim tamen Augusto
 XII^m. & Lucio Sulla, Calvisio Sabino, &
 Passieno Ruffo, Cornelio Lentulo & M.
 Valerio Messalino, aut certè Augusto
 XI^m. & Marco Plautio Silvano, mini-
 mum Cocco Lentulo, & Lucio Pisone,
 sunt qui natum velint; adeò ut vnicus
 nati Salvatoris annus plures sortiantur.
 consules, quam à Roma condita ullus a-
 lius. Exercendo magis ingenio, eruditio-
 niique comparandæ, quam veritati Chri-
 stianæ indagandæ ista serviunt argumen-
 ta. Sed nec in contextu deinceps est
 concordia: nam Cassiodorus apud Jaco-
 bum Salianum anno Iuliano quadrage-
 simo sexto Consulem ponit Augustum,
 XI^m. pro Cajo Cæsare filio adoptivo;
 cum Augustus alijs quadragesimo quar-
 to ultimum consulem egerit. Fulvium
 etiam Æmilium, & Pomponium Bassum

II^m. Cornelium item Sæcularem & Junium Donatum è fastorum tabulis prescribit Baronius; illos anno Christi ducentesimo quinquagesimo nono, hos ducentesimo sexagesimo: quemadmodum & Præbum III^m. & Paternum III^m. anno ducentesimo septuagesimo nono: saltumque facit à secundis Probi fascibus ad quartos, quorum loco inscribit Decium Imperatorem, & Gratum, ad annum Christianum ducentesimum quinquagesimum quartum, Cassiodoro plerumque duce, de quo Onuplirius.
Cassiodorus adeo peruersè, ineptè, præpostere horum temporum, imò totius Imperij à Tiberij principatu ad Diocletianum Consules edit, ut portento mihi simile videatur. Nam Consules suffectos pro ordinarijs; qui sub uno Imperatore fuerunt, sub alio; falsos & qui nunquam fuerunt pro veris; & si veros quandoq; edit, eos inverso ordine enumerat, qui enim postponendi essent, præfert, qui præferendi, postponit. Ita ut quandoq; mirer, quam ratione fieri potuerit, ut scriptor quispiam, quid adeò ineptè & peruersè edere potuerit. Existimo
cum,

eum, dum ea scriberet, vel somniasse, vel memoriter mandata exarasse, nullo librorum auxilio adjutum. Mihi enim verisimile non videtur fuisse librum quempiam, ex quo ipse illa Consulum nomina eo ordine digesserit. Plures de cōsulibus differētias vide apud alios, præsertim Joannem Georgium Hervvart c. 204. vbi rejectis fastis vulgaribus contendit quinque consulum paria perperam assignata; negatque annum Christi vulgarem primum esse communem, ut etiam primum Julianum bissexturn. Item apud Dionys. Pettauium in Animaduersionibus ad Epiphanium, Hæresi Alogorum, miras variantes. Vide itidem Onuphrium Panuinum disertè fatentem. Anni quatuor vel Dictatorum sine Co ss: vel plane sine Dictatore & Co ss: qui fastis hisce inserūtur, mihi semper suspecti fuerunt; & merito, quod à Liuio qui eius temporis historiam scripsit non inuenti sunt in annalibus, ex quibus historiam suam descripti; ideo animus mihi aliquando fuit Romam conditam statuere cum Quinto Fabio Pictore anno Olympiadico 29°:

ut ordo Coss: annis urbis responderet, &c.
 à qua sententia tamen destiti quod viderem
 Varronis rationem ubiqꝫ receptam esse ab
 eruditis, quos turbando non censebam.
 Quatuor ut vides paria desiderat Onu-
 phrius: nam quintum ipse met expunxit,
 teste Pettauio ad Epiphanium, quibus ad
 quatuor paria accēsis de quinqꝫ paribus
 jure merito Hervvartt cum fastis expo-
 stulat. Fidem autem in hoc mereri tam
 Onuphrium quām Hervvartt postea
 constabit ex ipso Liuio. Et verò ratio
 est manifesta, licet pro Coss: Dictatores
 intrudamus: Dictatores enim nunquam
 plus semestri, aut circiter, ordinariè Ma-
 gistratum gesserunt: non possunt igitur
 4. anni in fastis expleri, nisi pro ingenij
 lubentia multiplicemus Dictatores.
 Deinde Dictatores à Coss: creati sunt,
 quod si ergo Consules deficiant nullos
 eiusmodi admiserim Dictatores. Quin
 & circa, aut parum ante Christi natalem
 consules non exacte in fastos relatos ex
 Patrculo coniicitur: ait enim; eum (Au-
 gustum) Senatus honoratum equestri statuā,
 que hodieqꝫ in rostris posita etatem eius scri-

plurā indicat (qui honor non alij per trecentos annos, quam Lucio Sulla, & Cneio Pompeo, & Caio Cæsari contigerat) Proprætorem unam cum consulibus designatis Hirtio & Pansa bellum cum Antonio gerere jussit. Ab eo annum agente vicesimum circa Mutinam administratum est. Ac postea; consulatumq; iniij Cæsar pridie quam viginti annos impletret, cum Collega Quinto Pedio post urbem conditam annis 709. Suffragatur Suetonius his verbis. Consulatum vigesimo ætatis anno inuasit admotis hostiliter ad urbem, legionibus, missisq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante senatu Cornelius Centurio, princeps legationis, reiecto sagulo ostendens gladij capulum non dubitasset in curia dicere, hic faciet, si vos non feceritis. Atque hinc multi censem annos imperij Augusti non à cæsostatim Cæsare, cum tunc præter hæredem nihil ageret, angustusque magis esset quam Augustus, donec eum honorem extorsit, non sufficetus est, uti vult Onuphrius, qui hic turbat potius, quam consules recte ordinat. Secundum consulatum post nouem

nouem annos, tertiu anno interiecto ges-
sit, sequentes usque ad undecimum con-
tinuauit, multisque mox, cum deferren-
tur, recusatis, duodecimum magno, id
est septemdecim annorum intervallo,
& rursus tertium decimum biennio post
ultra petiit. Consulatum primum iniisse
x°. Kalend. Octobr. testatur citatus Pater-
culus, nempe V. C. 710. atqui eodem Hir-
tium & Pansam, sequenti vero M. Æmi-
lium Lepidum, & Luc: Munatium Plan-
cum consules habent Fasti, ergo vel duo
fuere paria consulum uno eodemque
anno, vel Augustus non fuit cum Pedio
consul, quæ sunt absurdæ. Ideo de hoc
primo consulatu in fastis suis passim ta-
cent Chronographi. Si dicas primum
Augusti consulatum non consignari,
quod Suetonio teste quinq; medios consu-
latus à sexto ad undecimum annuos gesserit;
ceteros autem sex; aut nouem, aut sex, aut
quatuor, aut tribus mensibus, secundum verò
paucissimis horis: nam die Kalendarum Ja-
nuarij, cum mane pro æde Capitolini Jovis
paullulum curuli sella præsedisset, honor
abijt;

abiit, suffecto alio in locum suum. Nec omnes
 Romæ , sed quartum consulatum in Asia ,
 quintum in insula Samo, octavum & nonum
 Tarracone in ijt. Contra; quare ergo se-
 cundo ejusdem consulatu, nemo in fastis
 sufficitur ? quare nemo tertio , quarto,
 quinto & aut igitur primum omittere
 non debebat, aut posterioribus suffectos
 recensere Chronographi , excepto Onu-
 phrio, qui hic ferè pro libitu disponit,
 sufficit, &c. vt vel hinc liqueat fastos non
 esse synceriter confessos. Verùm pri-
 mum armatâ manu extorsit ; omnino,
 vt reliquos vel tacita auctoritate , vel ar-
 matis precibus , cum esset dominus re-
 rum. Ex qua sæpius turbatâ consulum
 ratione mirum non est sensisse non nul-
 los Patres Geminis consulibus passum
 Christum : nisi malis eosdem SS. Patres
 pauciores, quàm vulgo, annos vitæ Chri-
 sti tribuere, aut passionem ab anno præ-
 dicatæ gratiæ ordiri. Postremùm, diffici-
 le est ad fidem , integros esse fastos Ro-
 manos: ipse nam Titus Livius, quàli alias,
 tum libro 2. meminit , tanti errores impli-
 cant

cant temporum aliter apud alios ordinatis
 magistratibus, ut nec, qui consules secundum
 quosdam, nec quid quoq; anno actum sit in
 tanta vetustate non rerum modò, sed & Au-
 ëtorum digerere possis. Cient videlicet tur-
 bas has cum plura cætera, tum quod Ka-
 lendæ sextiles, non Ianuariæ fasces olim
 dederint, eodemque teste l.3. multa extra
 ordinem acta sint. Quorsum igitur con-
 sulibus nitamur multoperè in Chrono-
 taxi Christiana, cum nec suæ historiæ sa-
 tis faciant? Quod si Livius ipse de tanta
 vetustate non rerum modò, sed auto-
 rum quoque expostulat, qua ratione
 igitur Chronographi hodierni, Livio
 multis sæculis juniores, solem veritatis
 Christianæ ex historicis, alia omnia,
 quam Christiana scribentibus, conantur
 cruere? Quò magis absconum judico,
 Menelaum mathematicum, apud Ptole-
 mæum, ipsumque adeo Ptolemæum,
 anni vnius erroris argui ex fastis: nempe
 ubi fastis ipsis, pluries erroneis, securè
 indormijmus, post annos mille sexcentos
 melius calculamus, quam Trajano, A-
 dria-

drianoque synchroni Menelaus ac Ptolemæus. Ne tamen aut consules, aut fasces, aut fastos ipsos ab hac dissertatione fastuosè magis quam decorè eliminemus Velleius Paterculus l. 2. hæc narrat. *Eo ipso anno, quo magnificentissimi gladiatori munieris, naumachiaèq; spectaculis Divus Augustus ab hinc annos triginta, se & Gallo Caninio Consulibus dedicato Martis templo animos, oculosq; populi Romani repleuerat, &c.* (nec habet Paterculus quod quidam interseruit x i i i^m. Consul.) Utique postquam gentes alpinæ omnes, quæ à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani sunt redactæ, ut auctor est Plinius nat. hist. c. 20. & cui, si cui, competit Jani solennis illaclusio; & quo, si quo, teste Suetonio c. 22. Caium ac Lucium Cæsares appellatos, filios pater, amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deducerebat ad forum. At quis ignorat Augustum xii. inijsse consulatum anno Juliano quadragesimo primo? quis adeò Romana hospes in historia, qui nesciat his initijis

Cajum

Cajum & Lucium consules designatos^s,
 ut post quinquennium, id est anno Julia-
 no quadragesimo quinto ineunte cape-
 ferent Magistratum? atque eodem Caius,
 qui Syriæ post eneatum Lollium, cum
 Quirinio imperati censūs exactore, cum
 potestate præerat, consulatum absens ge-
 rerer? En quām ex voto fluant Dionysio,
 si his etiam niti velit. Quæ paullulum
 confusiora ut clarius intelligas, de Caij
 Lucijque in forum solenni deduictione
 ista cape ex Suetonio. Duodecimum ma-
 gno, id est, septendecim annorum intervallo,
 & rursus tertium decimum biennio post, ul-
 tro petij Augustus consulatum, ut Caium
 & Lucium filios (adoptivos ex Agrippa
 videlicet, & Iulia filia) amplissimo prædi-
 tus magistratu, suo quemq^s tyrocinio deduce-
 ret in forum. Vbi manifestè vides & duo
 decimum & tertium decimum ideo pe-
 titum esse consulatum, ut suo quemque,
 non vtrumque uno deduceret tyroci-
 nio, quod ætas Juvenum diversa hoc
 non ferret. Explicat quadantenus Sueto-
 nium Paterculus dum ait, brevi interiecto
spatio

spatio Tiberius Nero duobus consulatibus, to-
 tidemq; triumphis actis, tribunitiae potestatis
 consortione & equatus Augusto, &c. mira quadā
 & incredibili atq; inenarrabili pietate, cum
 Caius Cesar sumpsiisset jam virilem togam,
 Lucius item maturus esset viris, ne fulgor
 suus orientium Iuvenum obstatet initijs, dissi-
 mulatā causā consilij sui commeatum ab foce-
 ro, atq; eodem vitrico, ac quiescendi à conti-
 nuatione laborum petiit. Vbi iterum vides,
 Cajum, antequam Lucius, virum crea-
 tum; illum videlicet penultimo, hunc ul-
 timo ac XII 1°. consulatu, quæ in annos
 quadragesimum primum & quadragesi-
 mum quartum, cadere fasti volunt,
 & constat ex Suetonio, dum biennio di-
 rimit. Hic verò non satis convenit inter
 Autores; vtque neglectis alijs duas præ-
 cipuas adducam opiniones, Joannes De-
 kerius, quemadmodum superius docui
 p. i. thesium, x. theoremate, ex Iosepho, a-
 lijsque docet Augustum Optimates Ro-
 manorum ad concilium vocasse, in quo
 tunc primū ex Julia filia natum Cajum
 sedere jussit filium adoptivum, cui etiam

primum in consistorio locum assignavit,
 idque in causa Archelai & Antipæ: vtique
 vel anno Juliano quadragesimo tertio,
 vel quadragesimo quarto (ad pascha jam
 Herode ex hypothesi extinto) ante quos
 Cajus in orientem expediri non potuit
 cum Lollo, substituto postea Quirinio.
 Independens igitur est Dekerio Syriæ
 descriptio ab adventu in Syriam Caij &
 Quirinij. Contrarium asserit Jacobus Sa-
 lianus anno Juliano quadragesimo quar-
 to n. 74. nempe à Caij in Syriam adventu
 indicatam descriptionem & quadragesi-
 mo quinto Herodem mortuum. Quo-
 modo igitur Cajus Romæ Archelai &
 Antipæ liti potuit præsedisse, qui Ro-
 mam teste Velleio nunquam amplius re-
 meavit? Aut igitur verum non est,
 quod de hac præsidentia dicitur, aut ve-
 rum non est Herodem anno Juliano qua-
 dragesimo quinto mortuum. Extemplo
 hic reponit priori, sententia posterior.
 C H R I S T U S orbi natus est sub Quirinio
 Syriæ præside teste divo Luca; is Cajo in
 orientem profecto, Armeniamque jam
 tenen-

tenenti, extincto M. Lollo, Rector datus
 est, teste Cornelio Tacito annal. l. 3. tum,
 ergo prima facta est descriptio (prima
 inquam, secundam enim instituit à rele-
 gato Archelao teste Iosepho antiqq.
 Iudd. l. 18. c. 1.) sub Quirinio, rerum per-
 Cajum in oriente potiente, vnuisque in-
 ter viginti (de quibus postea) probatissi-
 mos Augusto viros legi potuit, maxime
 cum jam in oriente ageret, qui vniwer-
 sum orbem describeret. Sed Cajus, etiam
 prioris sententiae putatione, post qua-
 dragesimi tertij Juliani pascha, mortu-
 umque Herodem in orientem profectus
 est, & quadragesimo quarto (melius ju-
 dicio meo quadragesimo quinto, quod
 Cajus tam brevi tempore nullatenus po-
 tuerit tot, tamque vastas provincias
 commode peragrare, minus, uti docet
 Velleius, alias ante, ad sedandum obitas
 componere, conventoque prius in sua
 insula Tiberio demum in orientem Sy-
 riique proficisci) in Judæam advenit:
 non est igitur natus Christus Salvator
 anno quadragesimo secundo, sed qua-

dragesimo quarto vel potius quadragesimo quinto : posterius enim probabo, tametsi quadragesimo quarto in Iudæam Cajus appulisset, in quadragesimum quintum Julianum , quod quadragesimus quartus propè finiretur, descriptionem conjectisse. Vides quām propè cum Saliano conveniam, ut quid probabilius ex Historicis in hoc negocio dici possit, non reperiam. Cæterum me quidem pruinahæc , auctorumque differentia non admodum vrit in re chronotattica Christiana, ut qui nec ab Augusto, nec à Cajo, nec ab Herode, nec à Iosepho, Paterculo, Suetonio, & cæteris in mea multum pendeam temporum æstimatione; neque id nisi ex hypothesi , & ad hominem sapientius, quos sicuti possum probo, sin minus manu mitto : tædet enim me adeò pertinaciter in luto ethnico gemmas querere Christianas ; cum domi Christianæ liquidiora habeam veritatis argumenta: Quirinio Iudæam censente Christus natus est , quicquid scribat Ethnicus & Iudæus .

Sexto. Valentissimum demum omnium argumentum, ac ipsam triariam cohortem secum trahit annus Tiberianus decimus quintus, Evangelicæ quoque veritatis calculo firmatus, cui nefarium omnino sit contradicere. Qua in re diligenter advertendum, annos Tiberianos ab excessu Augusti decimo quarto Kalendas Septembres, nono Iuliano supra quinquagesimum quosdam ordiri, quosdam Romanâ consuetudine à Kalendis primùm Ianuarijs anni Iuliani ineuntis sexagesimi. Hac computandi methodo annus Tiberianus secundus, primus posterioribus censebitur, & pro decimo sexto, decimus quintus. Ratio secundæ chronotaxeos est, fragmentum exiguum quatuor mensium nequaquam obesse debere quod minus anni Tiberiani cum Julianis ab una radice Kalendarum Ianuariarum censeantur. Qua de causa plerique omnes annos Christianos à Kalendis Ianuarijs, neque ab octavo earundem Kalendarum auspicantur. Advertendum est deinde, sàpe sàpius tempus

completum, velut integrum, pro ine-
 unte, labenteque, atque hoc vicissim pro
 completo sumi à sacris paginis, ut accu-
 ratè annotavit Theophilus Antiochenas
 l.3.ad Autolycum, quem admodum Luc.
 3. Post quam consummati sunt dies octo, cum
 Octavus primùm inchoasset, aut labere-
 tur, & Math. 26. post tres dies resurgam, jube
 ergo custodiri sepulchrum usque in diem ter-
 tium certum verò sit die tertio factam,
 anastasin dominicam, quartum aliàs pete-
 re oportuisset. Genesis equidem c. 12.
 quadringentos triginta annos commo-
 ratus narratur Israel in Ægypto, qua-
 dringentos tantum referente protomar-
 tyre Act. 7. quatuor videlicet expleta sæ-
 cula voluit percēdere, quintum velut in-
 choatum, labensque omisit. Notavit autē
 hoc non solum scripturæ, sed etiam
 temporum interpretibus observandum
 Ribera in c. I. Zach. n. 23. & pridem ante
 Riberam Alph. Salmeron to. 12. tr. 60. §
 quæ vero, &c. Hæc cum ita sint, quid mi-
 remur divum Lucam decimum quin-
 tum annum, qui conterminus, ac idem
 pene

pene est cum decimo sexto, dierum quinque solum differentia intercedente, Historicorum more, quibus frequens est pars pro toto, immo pars cum toto pro uno toto, numerasse anno decimo sexto Tiberiano, idus Ianuarias octavo, duabus Geminis consulibus, quod elapsi dies quinque ne nominari quidem mererentur, minus anno decimo sexto ad baptismum Christi jus ac titulum facere. Sin porro quis dies illos quinque aut sex de anno Tiberij decimo sexto nolit admittere, sed pertinacius annum decimum, quintum, ac literam vrgeat; ajo prodijisse quidem ex eremo Ioannem Tiberij anno decimo quinto, nego verò CHRISTUM baptizatum anno decimo quinto: per decimum quintum enim annum Tiberianum Evangelismus Ioannis, non baptismus Christi signatur; adeò ut inter evangelismum & baptismum dies minimum sex, si textum intelligis, libens admittas: Matthæus enim cum ex Ægypto reducem Christum in Nazareth divertisse dixisset, ac ibidem ad trigesimum usque

ætatis annum commoratum supposuisset, subdit, in diebus autem illis venit Joannes baptista, &c. cumque Ioannis cibum, vestitum, prædicationem, baptismum, & Ierosolymæ, adeoque totius Iudææ, imò Pharisaorum ac Sadducæorum ad Ioannem profectionem, &c. commemo-
 rasset, addit, tunc venit JESVS, nempe
 cum hæc acta essent omnia. Paria scri-
 bit Marcus: nam ubi quæ Matthæus, per-
 censuisset, subjungit, & factum est in
 diebus illis venit JESVS à Nazareth, &c.
 Signatissimè demum Lucas & tempus,
 & actiones. Anno autem quinto decimo
 imperij Tiberij, &c. factum est verbum Do-
 mini super Ioannem Zachariæ filium in deser-
 to, & venit in omnem regionem Iordanis,
 (non igitur uno constitit loco) dicebat
 ergo ad turbas, quæ exibant, &c. venerunt
 autem & Publicani, &c. interrogabant au-
 tem eum & milites. Multa quidem & alia
 exhortans evangelizabat populo, &c. fa-
 ctum est autem cum baptizaretur omnis po-
 pulus, & JESV baptizato, &c. Quin Evan-
 gelista Joannes inter hæc solennem Pha-
 risæorum

rīsaerūm ad novum baptistam expeditam legationem denarrat. Sola sanē hæc de novo Evangelista, vt pote gravi ac publico negotio, consultatio aliquandiu in synedrio sollicitos tenuit Legisperitos, vt de Propheta ex officio cognoscerent. Adde cùm exiret ad Joannem Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem Matth. 3. omnis Judææ regio, & Jerosolymitæ vniuersi Marci 1. Iohannes ipse veniret in omnem regionem Iordanis, intra oīiduum ne quidem ritè innotescere per vniuersam Iudæam potuerit evangelismus, minus baptismus totus confici atque absolui. Ipse quoque Baptiste victus, locustæ, & mel silvestre, quod non solum in eremo intima, sed coram populo, vt pœnitentiam, quam verbis suaderet, factis persuaderet, his vesceretur: vnde nec austерum illum vestitum abjecit, sed

*Horridus in setis, & dura pelle camelii
Prodijt in vulgus; victus inquam calidiorē illum tempore, quam Januarij dies ferant, prædicare cepisse clarè docet.*

quicquid enim per locustas & sylvestre
 mel intelligas, voce ἀκριδες perambiguâ,
 nunquam mihi persuaseris aut insecta
 illa hyeme ad Iordanem saliisse, aut edu-
 les herbas viruisse: imò nec, si quidem ex
 locustis cancros cum Luthero, quartâ
 adventûs dominicâ, feceris, probaveris
 ea tempestate Petrum & Andream ad
 Iordanem piscatum, quod in Iudæa quo-
 que, ut ut mitiore cœli plaga *hyems erat*:
 Petrus etiam post vigesimam Martij ad
 focum atriensem se calefecerit, & Chri-
 stus monuerit, videte ne fuga vestra fiat
 in hyeme velut horridâ, Ierosolymis
 quoque, anni tempestate. Neque locu-
 stæ igitur in Iudæa saluere, nec edules
 herbæ viruere Baptistæ in Ianuario. Quia
 propter æstate, aut minimum autumno
 evangelizare ceperit, oportet, ac in ad-
 ultam hyemē produxerit. Sed de his vi-
 de Baronium anno Christi trigesimo
 primo, &c. Si pastores regionis illius
 obijcias, in viridi pavisse non euiceris,
 præsertim cum non constet domi, an-
 turi vigilauerint; pauerint, an verò
 fæno

fæno rem pecuariam in ouili aliquo ad
 turrim Ader curârint: ἀγελασίτες habet
 textus Græcus, hoc est in agro stabulan-
 tes, ita Corn. Iansenius Commentar. c. 8.
 Quanquam longè sit facilius arentes
 culmos pecori in aprico, quam vescos
 homini reperire; nisi velis novum Evan-
 gelistam vulgari herba cum Nabuchodonosore,
 velut bovem, visitasse, quod
 est absurdum. Decimo quinto itaque an-
 no Tiberiano Ioannes pœnitentiam præ-
 dicare orsus, decimo sexto Christus est
 baptizatus. Ita Evangelista, ita Ecclesia...
 Nec sum nescius pariare aliquos deci-
 mum quintum imperij Tiberiani annum
 Dionysiano vigesimo sexto, &c. quod
 Tiberius biennio citius extra Italiam ce-
 perit imperare, atque his initijs cepisse
 divum Lucam annos Tiberianos censere.
 Sed respondeo hoc esse merum, excogi-
 tatumque effugium, ut natalem Christi
 trahant ad annum Julianum ferè qua-
 dragesimum. Quare concederim Tibe-
 rium in Prouincias cum potestate mis-
 sum, negârim tamen hoc ejus imperio
 dare

dare prīcipium. Cæsarem enim agebat, aut summū Augūstum , neutiquam Imperatorem ; nisi Imperatorem velis, qui demandatā, vicariā, temporariaq;e, vti jam Tiberius, operā imperat. Quod vt intelligas, distingue Cæsarem ab Augusto, hunc ab Imperatore, & Imperatorem militum, belli, &c. ab Imperatore imperij Romani. Ac licet ad pār ius adoptarentur., ne patre inopinā morte sublato turbaretur , annum tamen imperij adoptatoris non adoptati fasti censebant. Quæro autem, priuatūsne tum Augūstus vixerit, an simul imperārint? non prius: nullus enim hujus meminit. non posterius, quod primi duo simul imperarint M. Aurelius Antoninus Philosophus, & Lucius Verus. Quin numerus annorum diversus apud diversos assignatus putatitiam hanc extra Italiam, imperationem omnino euertit. Respondeo secundò, cum ex Velleio solo id colligi non possit, quod encomiasten potius agat, quām Historicum Tiberianum, & quæ splendida sunt, ornatissimè producat,

ducat, prætereat, quæ humilia, sinistraque Suetonium quoque, cæterosque consulendos. Primum igitur in orientem missus est Tiberius, rebusque compositis reversus ne ovavit quidem. Contra Pan-
 nones deinde ablegato, cum triumphum reduci populus offerret, præter-
 ouationem Augustus amplius nihil ad-
 misit. Tertiò, Cajo, Lucioque in forum
 deducto, ne juvenes honoribus insole-
 scerent, in quinquennium tribunitiam
 potestatem Tiberio concessit Augustus,
 Armeniamque, quod deficeret, deman-
 davit. Sensere hoc Catus & Lucius ado-
 ptiui, nec minus Tiberius, obnoxius in-
 vidiæ juvenum. Rhodium igitur post
 compositam Armeniam, ne comitatu
 quidem omni secum accepto se contu-
 lit, ibi septennium hæsit inglorius. In
 hoc secessu ut Velleius, exilio ut Tacitus,
 agrê per Liviam legati specie degere
 asscutus est. Tandem pertæsus petijs
 revisere necessitudines, quarum deside-
 rio teneretur, sed neque etiam obtinuit,
 ultroque admonitus est, dimitteret o-
 mnem

mnem curam suorum, quos tam cupide
 reliquisset. Hinc rerum novarum Ro-
 mæ longè factus suspectior redditum in-
 urbem vix anno Augusti quadragesimo
 quarto impetravit, & quidem, ne quid
 turbaret, Cajo postulante; unde privatus
 egit, donec in Illyrios Pannonesq; mis-
 sus, diutiusque quam par esset moratus,
 iterum suspectus redditus, socium acce-
 pit Germanicum. Vbi ab utroque in-
 Dalmatia debellatum, & decretus Tibe-
 rio triumphus, accepta est in Germania
 clades Variana, quo profectus cum Ger-
 manico postquam Germanos quoque
 perdomuissest Romam reversus trium-
 phavit. Dissentunt hic à se Chronologi
 ex Dione l. 65. Iacobus Salianus enim &
 Ioannes Dekkerius cladem Varianam
 referunt ad annum Julianum quinqua-
 gesimum quartum, Consules Q. Sulpi-
 tium Camerinum, & Cn. Poppæum Sa-
 binum, Baronius & Spondanus ad quin-
 quagesimum quintum, Consulesque P.
 Dolabellam & Cajum Junium Silanum,
 adeò ut sequenti primū anno, id est,
 quin-

quinquagesimo sexto Tiberius & Germanicus in Germaniam sint profecti; unde quam citò reverterint ex fastis constat, quod anno quinquagesimo septimo Germanicus consul cum Capitone sit creatus, nisi dicas absentem gessisse consulatum: constat deinde ex Velleio Paterno quod senatus Populusq; Romanus, postulante patre eius (Augusto) ut æquum ei jus in omnibus provincijs, exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto complexus sit: etenim absurdum erat non esse sub illo, quæ ab illo vindicabantur, & qui ad opem fereandam primus erat, ad vindicandum honorem, non esse parem. In urbem reversus, jam pridem, sed continuatione bellorum dilatum ex Pannonijs Dalmatiisque egit triumphum. Inuertit Suetonius, ac Senatus consultum. de æquali Tiberij cum Augusto jure, triumpho postponit. Atque hinc se forte nactos occasionem arbitrantur, qui Tiberium biennium citius extra Italiam putant imperasse, sed admodum falluntur: is idem enim, qui errandi potestatem fecit, Velleius, paullū deinde post corrigit

errantes, Tiberioque , non nisi mortuo
 Augusto , imperium defert verbis se-
 quentibus, una tamen veluti luctatio civita-
 tis fuit, pugnantis cum Cæsare senatus, popu-
 lique Romani, ut stationi paternæ succederet;
 illius, ut potius aequalē civem , quam emi-
 nentem liceret agere Principem. Tandem
 magis ratione , quam honore vicitus est , cum
 quicquid tuendum non suscepisset peritum
 videret, solīq; huic contigit diutius recusare
 principatum, quam ut occuparent eum , alij
 armis pugnaverant. Post redditum cœlo pa-
 trem, & corpus ejus humanis honoribus , no-
 men diuinis honoratum , principalium ejus
 operum fuit , ordinatio comitiorum, quam
 manu sua scriptam divus Augustus reli-
 querat. Vides hic autumo clarum Tibe-
 riani imperij exordium; non igitur bien-
 nio citius extra Italiā, &c. quod erat
 probandum. Septimo, à descriptione or-
 bis vniuersi sub Augusto imperata , par-
 est cæteris dubitandi ratio , cum an-
 num, quo decreta est , peractaque , Ha-
 giographorum prodiderit nemo, altissi-
 mè fileant profani : Livius enim in-
 Druso

Druso desinit; decem in quos natiuitas
 Salvatoris incurrit, anni deficiant Dionī,
 Tacitus taceat de prioribus, atque ab
 excessu Augusti ordiatur, Velleius, Flo-
 rus, Eutropius, res carptim persequan-
 tur, ac summa tantum legant vestigia
 Cæsarum. Quocirca ignoto, labanteque
 anno isto censuali, labare necesse est Caij,
 cui M. Lollius Rector datus, in Syriam
 expeditionem. Alienum autem est à ve-
 ro descriptionem hanc fuisse lustralem,
 aliquam, aut etiam extraordinariam,
 ob ingruentes necessitates exactionem.
 Evangelistam audi rem suo stylo denar-
 rantem. Exiit edictum à Cæsare Augusto
 ut describeretur vniuersus orbis. Hæc descri-
 ptio prima facta est à Præside Syriae Cyrino,
 &c. & non sub Præside Cyrino, per ne-
 scio quos alios; Vniversus orbis non vna
 Provincia; exiit edictum à Cæsare Augusto
 non à Cajo nuper ex puerō viro creato,
 qui nihil habebat cum vniuerso orbe:
 ad literam enim explicandus est auctor
 hagiographus, ex communi scripturam
 interpretandi regula, cum nullum se-

quatur absurdum. Quod enim illud est
 Paternulum, &c. ejus non meminisse?
 grande omnino ! sed meminit Suidas
 in apographo, ubi ait Augustum viginti
 probatissimos viros elegisse , ac in pro-
 vincias dimisisse, ut conscripto Romano
 orbe justum in ærarium censum infer-
 rent, secus quam antecessores, quibus di-
 ves omnis hostis habebatur.. Addit Cas-
 siodorus institutam vniuersalem recen-
 sionem ob alienata passim , inter tot tam-
 que diuturnos tumultus, bona, ut ea do-
 minis suis consignarentur.. Accedit,
 quod cum Augustus provinciarum ve-
 tigalia sustulisset, tributa ex recensione.
 instituit in agros & capita , censuitque
 virorum myriadas quadringentas, de-
 cem millia, ac tredecim.. Hæc si vera
 sunt, probabile redditur inter viginti vi-
 ros illos lectum Sulpitium Quirinium..
 Verum quo id tempore ? quo Christus
 natus est, at quod illud ? hic in pristinum
 statum quæstio restituitur , nihilque ex
 Suida etiam de anno Christo natali con-
 cludi potest, nisi Tacitum nuper citatum

ad-

ad jungamus, atque ex utroque de anno quadragesimo quinto Juliano, ut superius factum, probabilius aliquid inferius divinemus.

Neque à parte pace, Janoque clauso fortius argumentere: illud siquidem, ipsum quo anno contigerit, est sub iudice. Quinques alij, ter alij, bis solum quidam Janum clusum volunt, (ter clausum esse auctor est Suetonius) ut quod descriptionem referas, prorsus ignores. Ego necessarium oppidò minimè judico à clauso statim Jano descriptum orbem, sed quiete à reliquijs etiam bellorum, capta, prætoribus prius in provincias dimissis, pace inquam bene adulta, firma taque, gladijs jam omnino conditis, & quasi in aratra versis Isaia teste, c. 2. *conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium.* Quæ de Salvatoris nativitate intellegi oportere clarum est: subjungit enim, *domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini;* illo videlicet quod Lucæ 2.

pastoribus circumfulsit, quod Matth. 2.
 orientis Purpuratos à natalitio in Beth-
 lehemiticum usque solum direxit ad re-
 uelationem Iudæorum & Gentium: ad-
 eoque unus alterū annus elabi potuerit,
 priusquam exasperati domitarum gen-
 tium animi componerentur: irritandi
 festinatā tributariā ista, onerosaque de-
 scriptione. Esto verò etiam ab Iano clau-
 so factam statim descriptionem, nihil ta-
 men eviceris contra Dionysium: nam
 si Augusto duodecimum consule, id est
 anno Iuliano quadragesimo primo Ca-
 jus in forum deduxus est, consulque
 designatus ut post quinquennium (in-
 clusiue) magistratū absēs capess̄eret, qua-
 dragesimo igitur quinto anno Cajus op-
 portunè magistratū absens gessit, orbis
 descriptus est, & Christus nat⁹. Confirma-
 tur; cū, vti accuratè notat P. Ioan. Deke-
 rijs, duodenniū Ianus clausus perstiterit,
 nempe usque in quinquagesimum quar-
 tum annum clade Variana nobilem, an-
 no quadragesimo secundo clausus sic,

ne-

necessè est. Quare quadragesimo quinto
commodissimè potuit census institui.

Ostauò, ad cætera rationum momen-
ta, velut à deletis per Titū Solymis, divi-
sione Apostolorum, , divi Iacobi sub
Nerone martyrio, & similibus posterio-
ribus argumentis, eadem, quæ hactenus,
& facilior est respondendi ratio: Aucto-
res videlicet inter se non convenire,
quosdam rem obiter , non ex instituto
tractare, Iosepho passim, alijsque fidem-
derogari, annos esse diversos , diversas e-
pochas, incompletum sæpe pro toto ca-
pi, & contra ; quodque Historicis est ad-
modum familiare , & differentiarum,
omnium vnica penè scaturigo , simul re-
ferri, quæ rebus inter se cohærent, et si tempo-
ribus sint distinctissima . Et verò etiam
in martyrio divisorum Apostolorum Pe-
tri & Pauli Auctores discrepane docet,
Baronius ad annum Christi sexagesi-
num nonum: Eusebius enim in Chroni-
co annum assignat Neronis decimum,
Quartum, quem sequitur divus Hierony-
mus; Epiphanius duodecimum ; deci-

īnum tertium, velut medium, ipse Baro-
nius; Cassiodorus decimum quintum,
quando jam Nero in viuis non erat.
Imò neque vna passos, anno integro di-
simit Prudentius:

*Vnus utrumq; dies, pleno tamen innovatus
Vidit superba morte laureatum. (anno*

Idem Arator.:

*Cum natura dedit, geminos quos edidit astris,
Non eadem, tamen una dies, anniq; voluto
Tempore sacrauit repetitam passio lucem.*

Accedit diuus Augustinus Serm. 28°.
de SS^{is} currunt itaq; ut erg^z ad palmam mar-
tyrij, & ut erg^z perueniunt ad coronam, non
quidem eodem temporis cursu, sed anni ver-
tentis occursu. Quid igitur magnopere
argumento hoc nitamur, velut indele-
bili charactere? Est verò regula paullum
ante allata, Historicos lectoris, plures in-
ter, vna princeps, à Chronographis ipsis
præscripta, & quæ sola argumenta ab
Historicis contra Dionysium Exiguum,
petita eneruare plurimum potest. Ad
argumentum tamen de euersis à Tito So-
lymis nota, Vespasianum à Nerone in-
Iudæam.

Judæam cum exercitu missum anno Iuliano sexagesimo quinto bellum inchoasse, confecisseque Titum filium anno Imperij Vespasiani secundo, (octavo Septembris) id est Iuliano septuagesimo, à passione Christi quadragesimo; secundum alios quadragesimo secundo. Nota deinde alios Christum natum ponere anno Iuliano quadragesimo primo, secundo, tertio, quarto, quinto; passum verò ætatis anno trigesimo (vti S. Hieronymus epistola 22. ad Eustochium) trigesimo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, & sexto. Nota tertio, annos passionis quandoque usurpari pro annis gratiæ à Joanne prædicatæ. His positis nihil mirum si anni quadraginta duo intercedant quibusdam inter passum Deum, & Solyma euersa, quod Christum vel citius, tardiusue natum assertant, vel breviorem illi longiorem periodum assignent: ex quibus magna oritur perturbatio. Pone, exempli gratiâ, Christum natum anno Iuliano quadragesimo tertio, adde annos triginta, &

confeceris septuaginta tres; tolle hos à
 centum quindecim Julianis, & quadra-
 ginta duos nancisceris. Iterum, statue
Christum natum anno Juliano quadra-
 gesimo, junge annos vitæ triginta qui-
 que, summam septuaginta quinque sub-
 duc de centum quindecim, residuum
 fortieris quadraginta. Quod si
Christus natus est anno Juliano quadra-
 gesimo quinto, passus septuagesimo no-
 no, eversa Solyma anno centesimo deci-
 mo quinto, inter passum Christum, vr-
 bemque eversam intercesserunt solū
 anni triginta sex, menses quinque, dies
 quatuordecim, ut alij controvertant.
 At si annos gratiæ prædicatæ, id est Dio-
 nysianum trigesimum primum, (pri-
 mum à passione Domini S. Hierony-
 mo) respicias, usque ad eversa Solyma
 quadraginta annos numerabis, adeo, ut
 jure dicere potuerit, prædicareq; Chri-
 stus baptizatus, adhuc quadraginta anni,
Solyma subvertentur. Quicquid sit, quod
 allata argumenta omnia dubia, ut mini-
 mum, controversaque sint, nullamque

inferant credendi necessitatem, adhuc-
 dum licet Dionysianis in sensu suo a-
 bundare. Facile existimem annos passio-
 nis à baptismo Christi numeratos (quod
 inde sancti Patres, cæteraque veneranda
 vetustas Christi passionem religiosè or-
 diretur) multam differentiam excitasse,
 quo ætatis anno Christus passus, an trige-
 simo? quo Iuliano divus Paulus conver-
 sus, idemque martyrio coronatus, eversa
 Solyma? vide quæstiones Chronologicas
 Henrici Philippi; quas cum euolueris,
 sententiarum pertæsus, magis quam
 prius dubitabis, mecumque censem, sa-
 tius esse, siquidem nati passione Christi
 annum involuunt potius, quam evol-
 uunt, planiore, simplicioreq; via, hoc est,
 scriptura, traditione Ecclesiastica, pleni-
 lunioque incedere. Conclusum autem,
 esto, cum Dionysius Exiguus, vir vnde-
 quaque doctissimus, post quatuor Syno-
 dos, & plerosque sanctos Patres, quos alij
 pro se statuunt, vixerit, aut illum impe-
 ritissime, & absque omni fundamento,
 ut pote non excussis majorum senten-

tis, cyclum suum instituisse, quodque
 absconum magis est, Ecclesiam impru-
 denter, neglectis videlicet Sanctorum,
 Patrum opinionibus, eundem usque huc
 usurpare; aut certè concedendum, post
 cunctilatas antiquorum controversias
 Dionysium Exiguum., ut neminem a-
 lium, rem acu, quod aiunt, tetigisse, prius
 neutquam, posterius igitur est afferen-
 dum. Neverò insignem hanc, ut cui-
 piam primâ fronte videri posset, contra
 tot, tantosque Autores mireris auden-
 tiam, ausus est eam non obscurè pridem
 ante hac doctissimus vir Dionysius Pet-
 ravius S.I.S.l. 12.c.6. his verbis. Ad sum-
 mam, ut huic de anno natali Christi disputa-
 tioni modum aliquem statuamus nobis ita sen-
 tiendum videtur. Sepositâ quidem Iosephi,
 Dionis, & id genus antiquiorum auctoritate
 scriptorum, communem aeram hac unica
 ratione posse defendi: Christum enim natum
 tueri possumus anno Iuliano quadragesimo
 quinto, Lentulo & Pisone consulibus, eundem
 porro baptizatum afferemus anno Iuliano se-
 ptuagesimo quinto, Longino, & Quintino

Con-

Consulibus, expleto nono ac vigesimo aetatis
 anno, in eunte tricesimo, aut si superiore fa-
 ctum id velimus, Geminis Consulibus, curren-
 te Tiberij decimo quinto, consequens erit, octo
 & viginti annis absolutis, in eunte nono ba-
 ptizatum fuisse, cum esset quasi annorum tri-
 ginta. Ita quidem communi æræ patrocinari
 possumus. Sed si Herodis, ejusq; posteriorum
 tempora ex Iosephi, ac Dionis libris adjunga-
 mus, longè aliter pronuntiandum videtur.
 Aut igitur Historicis illis fides abroganda
 erit, aut quæ ex eorum narratione concludun-
 tur, pro veris, minimeq; dubijs amplectenda,
 de quare amplius cogitandum existimo. Ego
 porro, priusquam divum Lucam vio-
 leenter intelligam, à traditione Vete-
 rum, calculo astronomico, Ecclesia, tota-
 que Christianitate, quæ æram Diony-
 sianam haec tenus usurpavit, vel pilum,
 recedam, facile, ac nullo negotio Diony-
 sio Flavium, Ecclesiæ Dionem, Christia-
 nitati cæteros postposuero. Cumque
 hæc de natali Christi controversia stet
 intra quadragesimum primum, & qua-
 dragesimum quintum, utrinque incla-
 sum

sum annum Iulianum , quicquid ullus contra me argumentorum attulerit, afferet itidem contra omnes alios qui eundem secum annum non defendunt. Quare quod illi adversario suo respondebunt, ego pariter , vnaque idem respondero: imò jam respondi, siquidem pleraque , quæ huc usque attuli , variorum invicem Chronologorum sunt responsa . Hocque est, quod causæ Dionysianæ minimè diffidam. Qui autem annum tuentur quadragesimum quartum, & ad verum proprius accesserunt, uti Salianus , &c. non admodum, quod anno unico solùm dissentiamus , mihi adversantur, facileque, si necesse fuerit, expensis utrinque justius argumentis , & verisimilitudine proprius inspectâ, concordabimus.

Amotis his, qui obstatisse poterant, quantum licuit, obicibus , nunc ad viam intento digito Mercurius monitor , ne quâ exerremus , est statuendus, cum primis vero paschalia præmittenda , quod cancrinam methodum , invito quamvis doctis-

doctissimò viro, nonnuspiam teneamus,
hoc est à paschate, & anno passi D E I ad
natalem ejusdem argumentemur..

Pascha igitur , seu potius phase, an-
geli primùm propter domos , deinde Iu-
dæorum ex Ægypto per Erythræum ,
pelagus in desertum Sin transitum no-
tat. 3°. paschalem agnum: *vbi vis paremus*
tibi comedere pascha? & non introierunt in
prætorium , ut non contaminarentur sed ut
manducarent pascha. 4°. ipsum festum ,
diem à decimæ quartæ lunæ vespera ,
ita Levitici 23°. mense primo, quarta decima
die mensis ad vesperum phase Domini est , &
quintâ decimâ die mensis hujus solennitas
azymorum Domini est. Adstipulatur Lu-
cas, appropinquabat dies festus azymorum ,
qui dicitur pascha. 5°. totam paschalem ,
hebdomadam. Volens post pascha produ-
cere eum populo 6°. C H R I S T U M Dominū
verum nostrum pascha , pascha nostrum
immolatus est Christus. Hic de quarta pa-
schatis acceptance disserimus. Ejus pri-
die agnum cum lactucis agrestibus di-
vino jussu edere, tum sanguine postes

delinere oportebat: nocte enim conseq-
 uente intempestâ primogenita Ægy-
 ptis sustulit vindex minister.. Atque hinc
 principium dicit dies primus azymo-
 rum. Ita DEVS EXO. 12. *E*dent carnes no-
 cte illa assas igni, *E*azymos panes. Ut pri-
 die ac postridie rectius intelligas, diem,
 noctis medio dispesce. Septem, an octo,
 dies azymorum fuerint, aliorum esto
 æstimatio. Exodi quidem eodem capite
 in hæc concepta verba præcipit D E V S:
Septem dies azyma comeditis, & v. 8. Primo
mense, quarta decima die mensis ad vesperam
comedetis usq; ad diem vigesimam primam
eiusdem mensis ad vesperam vtvt Josephus
antiqq. Iudd. l. 3. c. 10. decimam quintam
statuat. Primum autem azymorum Iovis
die incepisse, ex eo quoque claret,
quod nocte media, decimæ quartæ diei
*cæsis primogenitis, orantibus, vrgenti-
 busque Ægyptijs sexcenta millia pedi-
 tum, absque parvulis, &c. sint profecta.*
Reliquerunt autem Ægyptum (ait Josephus
antiqq. Iudd. l. 2. c. 6. mense Xan. hico, lunâ
quintadecimâ, anno quadringentesimo trige-
simo,

simo, postquam Abraham pater noster in Chanaanam venit. Tota igitur expeditio intra biduum stetit. Atqui iterum certum est Exodi c. 16. quintodecimo die mensis secundi; Iiar nominati, postquam egressi sunt de terra Ægypti, venisse in desertum Sin, inter Elim & Sinay. Quare si decimam quartam Nisan conferas cum decima quinta Iiar (existente mense lunari $29\frac{1}{2}$. dierum, vnde alternatim unus viginti nouem, alter continet 30.) inuenies differre diebus triginta. In hac solitudine, vbi gratiae pro libertate agi debuissent, insanè murmuratum est ab insanissima gente. Qua propter postridie, trigesimo primo, ab egressu nempe, uti c. eodem v. 7. & 8. Deus manna pluit, addito mandato, vt sexto ab eo, qui parasceue, seu præparatio ciborum dicitur, dum legerent, ob instans Sabbatum. Vnde liquido constat trigesimum primum ab exitu, quo Deus manna pluit, fuisse dominicum, quod sextus ab illo parasceue foret. Hic si retro gradiaris manifeste deprehendes diem transitus

per

per pelagus Erythræum fuisse ipsissimum Veneris, ac pridie Iovis diem, vtrumque novi testamenti symbolum, ob esum agnum, & trâsitum mare; quorum prior Eucharisticū epulū, posterior ipsam à seruitute in cruce liberationē adūbrauit. Vniuersim igitur quē hodie diem Iovis vocamus, est dies esī agni, & azymorū initiū, seu proparasceue, alter deinde ac Veneris est phase ipsū, idemq; parasceue, tertius Sabbatū, quartus primus Sabbati. Quod Evangeligraphos spectat, extra litem prope est, in diem Iovis consentire prorsus omnes: Matthæus enim & Marcus nominat diem primum azymorum, Lucas ἀντονομασικῶς diem azymorum; Ioannes, de quo dubitari posset, ante diem festum paschæ, hoc est ante Veneris diem, juxta quartam paschatis superiùs traditam acceptiōnem. Quin etiam c. 18. v. 39. ita habet, *est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in pascha, ac rursum c. 19. v. 31. Iudæi ergo quoniam parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato.* Ex quibus liquidissimè permanat

manat Ioannem ad vnguē reliquis con-
sonare. Vnum est, quod scrupum multis
gratis mouet, Ioan. 18. v. 29. erat autem ma-
ne, & ipsi non introierunt in prætorium, ut
non contaminarentur, sed ut manducarent
pascha. Quæ causa est, cur alij anticipatio-
nem cœnæ Christo supremæ excogita-
rint, nonnulli, ut responsi tegerent ino-
piam, lunâ decima quartâ, & decima
quintâ, in vnam conflatâ, è gemino diem
vnum fabricati sint. Breviter, plus apud
eos valuit unus, quam triplex aliorum
Euangelistarum, diui Ioannis versiculus
malè intellectus: quod miratur Alphon-
sus Salmeron. Sed manifesto omnes la-
borant indecoro: decima quartâ enim
die, id est lunâ decima quarta (quod
luna & mensis idem sit, Ecclesiastici 43°.)
ad vesperam oportuit pascha edere, deci-
ma quintâ verò est Christus cruci suffi-
xus Areopagitâ teste oculato, Augustino,
Beda etcæt^{is}. Decima quartâ igitur, id est
feriâ quintâ agnus eſus est ex lege, contra
vel præter legem Profabbato; teste diuo
Chrysostomo in Matth. tomo 2. hom^a. 85.

vbi ait. Petrus autem sequebatur, & intravit
 videre finem : cur autem ipsum eò duxerunt? Ibi omnes erant cōgregati, & omni consilio Pontificum res gerebatur. Idcirco ad eum
 omnes conveniunt, qui illo anno summum
 Pontificatum obtinebat: vbi pernoctarunt vi-
 gilantes, adeò ut pascha ea nocte comedere
 neglexerint. Mane autem facto non intra-
 runt in prætorium, ut Ioannes inquit, ut non
 contaminarentur, sed ut manducarent pa-
 scha. Vnde liquido patet, cupiditate interfi-
 ciendi Christum prævaricatos fuisse, ac alias
 die pascha comedisse: non enim Christus, sed il-
 lā audacissimi homines, & mille transgredien-
 tes legis præcepta, quoniam ita inflammati
 erant, & saepe conati capere ipsum, nihil facere
 potuerunt, ex insperato nacti quod cupiebant,
 tempus paschæ transposuerunt, ut ardentes
 cæde animos explerent. Demus igitur cum
 Chrysostomo Pharisæos feria sexta ad ve-
 speram id egisse. Et quod verò nefas, Iu-
 dæos, qui hominum innocentissimum
 præcipuo, summoque festo perdere, vi-
 taque penitus exuere conscientiæ non
 duxerunt, esum agni, dum scelus confi-
 cerent,

cerent distulisse) nempe & culicem, & cam-
 melum glutiebant. Nonne ipsi illi, qui
 præcepta divina observare inter primos
 debuerant, mandatum Dei suis traditis
 postposuere Matth. 5. Marc. 7? Et si adeo,
 ut quis velit, ad legem vixere, quorsum
 pertinet severissima increpatio Matth.
 3° insinuavit etiam dilationem Ioannes,
 non laudavit. Imò postridie agnum ede-
 re sacerdotes potuisse probat Ægidius Bu-
 cherius ex 2. paralipomeno c. 35. quod in
 noctem usque interpediti sibi sacerdoti-
 bus filijs Aaron, novissimis, post cæsas vi-
 delicet ducenas quinquagenas quinas
 millenas & sexcenas hostias, parârint,
 teste Josepho l. 2. excidiij c. 13. latino, Græ-
 co 14°. quando instantे azymorum festo
 Cestio Syriæ præside Ierosolyma sube-
 tinte tres myriades hominum comparu-
 ère. Autumo ego sanè Iudæos non fuis-
 se alligatos ad punctum primoprimum
 lunæ decimæ quartæ mathematicum:
 neque enim possibile observatu civicam
 agentibus id fuit, sed quod lunatio sit du-
 plex, Astronomica & popularis, à prima-

Lunæ comparitione deduc̄ta, quæ Astronomicam triduo quandoque sequitur, potuisse vtrâvis edere, modo lunam decimam quartam Astronomicam vulgaritatem ne præverterent. In quo populari plenilunio præsertim locum meretur narratio Flaviana de observatæ neomeniæ in monte spectaculo, ac dimissis quaquaversum per Iudeam nuntijs, quò cunctis significaretur, cum facile cognitu foret, præcipue doctioribus, ex officio id curantibus, quantum sole in principio dodecatemorij existente differente populare & Astronomicum interlunia, tum ex ipsis Astronomiæ fontibus, tum observatione, apparitioneque lunæ (aut cyclo fortè aliquo) quando esset luna decima, quarta celebranda, non tam scrupulosè, quam civiliter, ut hoc quoque jure potuerint Pharisæi in parasceves vesperam agni esum distulisse. Dixi cyclo fortè aliquo, observatione, apparitioneq; lunæ. Incredibile enim mihi videtur Iudæos in summō festo, religiosissimè celebrando, cyclo aliquo (tantùm) constanterque erroneo

roneo vsos, imò vix non dubito, an aliquo? Quicquid videlicet ex Anatolio,
 Cyrillo Alexadrino, Beda etcæt^{is} pro cyclo hoc quidam afferunt, suspicio est, nō
 liquida veritas: ex nullo quippe clare
 constat Iudæos Christi Domini ætate,
 atque antea, tali cyclo vsos. Quis enim il-
 lum, & quando condidit? Scaliger l. 7. de
 emend. temp. parum probat. Computum
 illum Gamalielis esse facile asseritur, v-
 naque facile negatur. Deinde auctores
 citati loquuntur de cyclis post Christum
 usurpati, ad Christum sursum usque, ul-
 traque accommodabilibus; sed iij vti post
 Christum errare potuerunt, ita possunt
 tempore Christi erroneum pascha exhibere,
 non sequitur tamen posterioribus
 cyclis Iudæos ætate Christi vsos. 3°. Epi-
 phanius præsertim loquitur de Iudæis
 sui temporis, apud quos omnia, vti etiam
 nunc, perturbata. 4°. esto vsos, negari ad-
 huc potest, vsos erroneo, præsertim si
 neomenias, vti par erat, observabant.
 Quid si etiam Pharisæi, &c. solito fue-
 rint accuratiores in lunæ perscrutatione

tempore prædicationis Christi, ne acedia
 in rebus divinis rei ad populum agerentur,
 quod alias & literatum esse nossent, &
 legis observantem, facta verò perperam
 acriter inseclari: probabile equidem eos
 sollicitius egisse, quam solerent. 5°. Quia
 totum hoc à cyclo argumentum eò con-
 ductum est, ut annum passi Christi aliud
 quam Dionysianum statuat. 6°. quia
 omnes hæ suspicione nihil efficiunt
 contra Dionysium, Doctorem Areopar-
 gitam, testem oculatum; cuius auctoritas
 observationis *ἀπίστα*, & posteris trans-
 mittendi studium, si affectum erga sen-
 tentias seponamus (vnuis enim hic prior
 est cæteris omnibus, vt pote Christo syn-
 chronus) facile omnia reliqua probabilita
 euertit argumenta, vel maximè quod il-
 la ipsa secum pugnant, totque contrarias
 opinaciones hactenus excitarint. Affatim
 hic est mirari, omnes desertis duobus
 Dionysijs, Exiguo & Areopagita, sibi in-
 uicem assentientibus, Historicorum, cy-
 clorumque ambagibus se induisse. Indu-
 bitatum putem primitùs, cum populus
 vna

vñā esset plurimūm , & libertas à servitu-
te Ægyptiaca in omnium memoria re-
center adhuc floreret , multoqué deinde
tempore legem de luna decima quarta
sancte , severiterque observatam , & si
quis diem illum neglexisset , in alteram
lunationem rejectum : postea verò , vti
fieri amat in plurimis , quod auctissimus
populus in promissa terra per civitates,
oppida , & vicos tributus ageret , minus
accuratè usurpatam , populari lunatione
in usum adscitâ , vti ex Josepho est mani-
festum , & occupatio sacerdotum 2. para-
lip. postulat . lunam tamen decimam
quartam principe semper loco habitam ;
quiique severius , & magis ad legem viue-
rent (inter quos primus Salvator C H R I-
S T V S , vt impleret omnem justitiam) eâ-
dem agnum edisse . Amplius ; dum in hâc
incumbo quæstionem , ex Iudæo intelligo
(objeceram non ita pridem Iudæis Vien-
nensibus anno millesimo sexcentesimo
trigesimo nono , in celebrando phase
diem vnum aberrasse , nec mihi satis , li-
cet plures rudes , vt solent , Rabbini con-

fluxissent, ad rhombum dixerant) Iudæos
 primitus quidem lunam decimam quar-
 tam accurate observasse, postea verò cum
 lunæ cursum minus assequerentur pluri-
 mi, duos dies assumpsisse, quorum utro
 liberet, liceret paschâ edere. Hasce varias
 cogitationes meas inopinato cōfirmavit
 Dionysius Pettavius in animadversis Epî-
 phanianis; posterius, quâm par erat, à
 me visis; idque ex Mose Maimonis F.
 p. 1^a. Jad. tr. de Kiddusch Hakkodesch, &
 glossâ; ubi ait. *Duplex in Hebræorum com-*
mentarijs civilis anni ratio traditur; 1^a. stan-
te adhuc templo usitata fuit, qua Neomenias
ex phasi indicebant, quod in hunc modum
fiebat. Erat apud Iudæos synedrion, penes quod
constituendarum neomeniarum potestas resi-
debat, quam determinationem vocant. Hu-
jusmodi synedria in Palæstina plura cum es-
sent, præcipuum erat Ierosolymis, à quo cæte-
ra penderent. Sed euersa urbe quamdiu Iu-
dæi synedrion in Palæstina habuere, penes il-
lud jus omne fuit, usque ad interitum Sapi-
entum Misne, Anno CHRISTI 150. Et Sapien-
tum

tum Gemare anno Christi 500. Proinde quā
 ijs seculis vixere Iudei determinatione Isra-
 eliticæ terræ utebantur. Toto igitur illo tem-
 pore ex phasi atque ex Israelitici confessus
 prescripto neomenias ordinabant, quarum
 quidem constituendarum ea disciplina fuit.
 Veros & accuratos lunæ motus ex
 Astronomicis tabulis confessus ille dili-
 gentissimè scrutabatur, explorabatq; num
 luna suo tempore videndam se præberet, ni-
 mirum 30^{ma}. nocte, ut in eam phasis incide-
 ret, siue prima accensio. Ac si intuendæ illius
 copiam fore cognoscerent, speculatores appo-
 nebant, qui statim ac nascentem lunam pro-
 spexerant, concilio renunciabant. Sed in te-
 stium delectu morosâ ac superstitionâ dili-
 gentiâ opus erat, quam aliquot capitibus
 Thalmudici Auctores explicant. Vbi de vi-
 sione convenerat, tum legati passim dimitte-
 bantur qui futuram Neomeniam denuntia-
 rent. Quod si 30^{mo}. die testis nullus ac specu-
 lator affuisset 31^o. Neomeniam definiebant.
 - - - deinde qui procul ab eo loco, ubi
 confessus erat, habitabant, ut eò legati tam

citò aspirare non possent, biduo festas neomenias agebant, quod incerti essent, quis nam dies à Concilio definitus esset. Atque hoc hodieque illi Iudei faciunt, qui extra Iudeæ fines agunt. Post hæc alteram formam refert, ac demum ita cōcludit. Hæ sunt anni apud Thalmudicos Scriptores formæ, descriptionesq; duæ, quarum prior Christi temporibus ex illorum opinione congruit, posterior longè posteā recepta est. Vnde infero, cum ratio prior tempore Christi vſitata, sit penitus Astronomica, calculo nitatur & observatione, pascha celebratum anno Passi D E I calculo Astronomico reūssimè colligi, atque ipsâ vt inferius vtrumq; ostendam, observatione, quicquid iratâ Vraniâ causentur alij.

Dices ex eodem R. Mose, Ben Maimon, c. 3. tr. eodem § x v. & x v i. inconstantem, & mutabilem fuisse neomeniarum definitionem C H R I S T I ætate; atque adeo incertum an Christus lunâ x i v^a. cœnarit: ait enim Rabbinus. Postquam Synedrium toto die tricesimo consedit, neque testis ullus advenit, summo diluculo

culo surgunt, & mensem intercalant, quem
 admodum in hoc capite declaravimus. Quod
 si post quartum quintumque diem longinqui
 testes accedant, ac se lunam suo tempore pro-
 spexisse confirmant, hoc est tricesima nocte;
 imò verò etiam si sub finem mensis adveni-
 ant, primum quidem magnum illis terrorem
 obijciunt, & interrogationibus laceſſunt, ac
 morosiūs interrogando fatigant, & illorum
 testimonium ſcrupulofiuſ exanimant, atq; in
 omnes ſe partes versant, quo novam illam
 ſanctificationem declinent, postquam ſemel
 intercalatum eſt. Verū ſi testes illi in te-
 ſtimonio ſuo conſtantēs fuerint, idq; verum
 omnino deprehendit ſuerit; ſed & iſi testes
 noti ac prudentes ſint; ac deniq; rite & ut par
 eſt, exploratum illorum testimonium fuerit,
 de integro neomeniam definiunt, ac mensem
 illum retexentes à tricesimo die superioris
 computare dies illius incipiunt, quandoqui-
 dem ſua in nocte luna conſpecta eſt. Respon-
 deo, primò hinc confici multo maximè,
 lunam 14^m. cā tempeſtate justiſſimè ob-
 ſervatam; quod, ſi quidem neomeniam
 male definiſſent, tam accurate, tam ſol-
 licite,

licite, sancteque corrigerent, ne in plenilunium redundaret, sed exactissime celebraretur: nam errorem illum raro, aut vix unquam intervenisse Judæorum testata in hac causâ probat diligentia: anno autem passi DEI intercessisse, est ultimæ infimæque notæ suspicio. Adhuc igitur Servator D E v s lunâ x iv. coenavit, xv^a. passus est. Sed, amabò, quorsum tātopere eliminare Chronologi conātur Christiani lunâ coenæ Dominicæ x i v^{amq} an vt lunâ civilem x iv. hoc est quod liberticam constituant? ac per annos quinque impunè vagari possint, Natali Passionis Christi constituendæ? Verum enim verò hoc non est tam veritatem indagare, quam portam erroribus aperire. Dixi, ac semper liberè dicam; luna civilis x iv^a. veritatem in retia non cogit, sed evadendi laxat facultatem; unde veritas in casu isto Chronologico nunquam comprehendetur. per lunam civilem decimam quartam, comprehendetur autem per lunam, vt ita dicam, astronomicam x iv. ex tabulis cum synedrio indagatam.

dagatam. Nam Iudæos etiam post resurrectionem C H R I S T I ad obsidionem, usque pascha accuratè celebrasse constare potest ex Iosepho de bello Jud. l. 6. c. 4. ubi ait azymorumq; instanti die, qui est Aprilis quartus decimus, &c. Accidit id anno æræ vulgaris 70^{mo}. E literâ, epactâ *. Vnde luna xiv^a. in Apriles idus incidit, ac primus azymorum in 18. Kal. Maias. Rechè igitur Judæi anno vulgari 70^{mo}. phase suum celebrarunt. Si civilem hanc esse putationem ait, accipe anno C H R I S T I completo 69°. Aprilis die Astronomica 12^a. hoc est civili tertia decima, medium. C à ⊖ motum sub ipsum meridiem,

S	O	I	II
5	21	28	36

Incepérat igitur jam luna xiv^a. atq; ab oppositione media

8 32

tantum aberat. Itaque ex Astronomica etiam putatione pascha illud celebratum est. Verum quid opus tot ambagibus? cum latè constet Iudeos agni esum traxere solitos in diem alium? Ita Rupert⁹

Tuitien-

Tuitiensis l. 10. de gloria & honore filij hominis. Traditiones plurimas inquit, quas seniores Iudeorum superstauerant i traditionibus Dei, istud quoque statuerant, ut si diem ante Sabbathum, quem sextam feriam dicimus, contingere esset quintam decimam mensis, non celebraretur solennitas sed differretur in diem sequentem Sabbati, difficile & incommodum dicentes duo Sabbathia continuare, id est duobus diebus vacare ab omni opere, multas ob causas, quarum ex precipuis una erat, quod cadavera nonnunquam usq; in quartam diem insepulta factoris molestiam generarent. Traditio hæc cognita magnam soluit questionem ei, qui fortè dicat, cum Iudei quartodecimo die ad vesperam pascha celebrando agnum comedissent, & sequenti die, quoniam quinta decima erat, solennitatem celebrare, & secundum legem vacare debuissent, quomodo illis iudicia tractare licuit, quibus tunc totum diem insumpserunt in condemnatione domini, & eorum quos cum illo crucifixerunt. Hanc inquam questionem cognitio citò soluit illius jam dictæ traditionis: quia traditum illis fuerat differre solennitatem, cum venisset ante Sab-

Sabbatum legale quinta decima die mensis,
 & pro duobus Sabbathis unum celebrare
 Sabbathum magnum solennitate dupli. Vnde
 cum dixisset Euangelista, Iudæi ergo; quoniam
 parasceue erat, ut non remanerent in cruce
 corpora Sabbatho, causam istam subjungit:
 erat enim magnus dies ille Sabbathi. Vides
 hic, vti Rupertus docet, non solùm traje-
 cisse Judæos primum azymorum in Sab-
 batum, sed etiam Veneris diem fuisse
 diem decimam quintam. Hinc collige
 hujus trajectio[n]is, nō esse veram causam,
 quam recitat R. Moses Ben Maimon c.7.
 Kiddusch Hakkodesch, quasi Iudæi reli-
 gto computo veri loci solis ac lunæ me-
 dios eorundem motus assumpserint, sed
 potius binum festum, cadavera, &c. Cum
 autem dicitur agni esum trajectum in
 Sabbathum, intellige more Iudæis alias
 consueto, hoc est in vesperam Sabbathum
 antecedentem, vt ipse dies Sabbatinus
 primus euaderet azymorum. Confirmat
 hoc idem Paulus Burgensis, Hebreus,
 Hebraicarumque literarum peritissi-
 mus, in additionibus ad c. 26. Matthæi,

libro magnæ auctoritatis apud Hebræos,
 vulgo Sederholam cognominato. In eo
 ita habes, & sanxerunt, ordinaueruntque
 statutum perpetuum, & traditum est in ma-
 nibus Eliezer, qui reliquis omnibus major-
 erat. Et is ordinavit diem sortium non obser-
 uari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die,
 neque pascha secundo, quarto, sexto, neq^z diem
 retentionis, tertio, quinto, septimo, neque prin-
 cipium anni secundo, quarto, sexto, neque
 diem expiationis, primo, tertio, sexto, in æter-
 num. Imò, quod peius est, feriam quintam
 penitus à paschate excluderunt. Ita Ga-
 maliel (si tamen is liber Gamalielis est,
 & non alicujus alius Judæi) magister di-
 vi Pauli, ipsiusque C H R I S T I Domini
 discipulus libro de solis & lunæ motibus,
 vt à Rabbinis citatur.. Statuerunt Doctores
 & Patres nostri neomenias & festa in tempo-
 re convenienti, ne Sabbati honor minuatur,
 aut alia præcepta violentur. Statuerunt ita-
 que anni neomeniam nunquam feriâ prima,
 feria quarta, quinta, sexta posse contingere.
 Festum expiationis nunquam feriâ prima, fe-
 riâ tertia, neque feriâ sextâ. Pascha verò
 nun-

numquam feria secunda, feria quinta, sexta
observari. Accinit his omnibus Baptista
Mantuanus l.2. fastorum.

*At non prætereo, Christi quo tempore passi
Hæc extra depulsa suam solennia lucem,
Misit in auroram demens Judæa sequentem.
Nam quoties Triuiæ sidus mutabile festa
In Veneris fert ista diem, Synagoga propinquā
Trajicit in lucem, ne festa sequentia turbet.*

Hæc tamen in Pharisæorum gratiam
dicta, non ita velim accipi, vt lunâ à mu-
Quatuorw̄s crucifixum asseram CHRISTVM
dominum, aut plenilunium populare
in lunam vigesimam quintam extēdam:
id enim nimium esset omnino, & diuo
Areopagitæ penitus adversum. Satis
esto, potuisse Pharisæos inter decimam,
quartam & decimam sextam, dubiam,
quasi lunam licentiâ suâ agnum edere.
Quapropter vt scrupum eximamus o-
mnino omnem, ajo, si luna die ynâ serius
apparuit, quam novilunium aut me-
dium aut verum sit celebratum, plenilu-
nium itidem apparens celebratum esse
die ynâ posterius & vero, & medio pleni-

Iunio, quod hoc ab illo ciuiliter censeatur: atqui anno passi C H R I S T I id contigit, ergo. Major est manifesta, minor omissio longiore calculo, ita declaratur. Anno Christi completo trigesimo tertio, die Martij septima, itidem completâ

H. pri. sec.

3. 2 34

accidit plenilunium medium, quo tempore fuit

Sig. grad. pri. sec.


Medius Solis	-	-	-	II	13	17	25
Centri	-	-	-	0	3	59	1
Apogæum verum	-	-	2	5	26	17	
Anomalia solis	-	-	-	3	7	51	8
Prostaphæresis	-	-	-	-	2	22	4 ¹
Verus abæquinoð°. medio							

⊕ & ⊖ motus		II	15	40	6
Abæquinoð° vero	⊕ & ⊖ II	15	14	54	

Lunæ à Sole medius	-	0	0	0	0	
Latitudinis medius	-	8	25	13	25	
Latitudo austrina	-	-	-	25	2	
Nodus	-	-	-	II	20	0

Antiquitùs etiam receptum; lunam, cum						
xii. grad. à sole abest, primū apparere, tri-						

duo



fol. 162, & 163.



1800

duo quandoque post synodum, quandoque
 biduo, uno solùm quandoque die.
 Causam esse diversam eclipticæ ad hori-
 zontem obliquitatem, lunæ latitudinem
 aliam atque aliam, diversam motus veri
 accelerationem. Ob primam tardius Bo-
 reis, citius minus Boreis, atque adeò Iu-
 dæis quam nobis; ob secundam citius in-
 limitibus, præsertim Boreo, quam nodis,
 videtur; ob tertiam in neomenijs velo-
 cior est, quam plenilunio, intercessione
 majorum illic, quam hic prostaphære-
 seon.. Accedit diversa lunæ ad solem ha-
 bitudo: solem namque apogæum antea,
 quam perigæum assequitur.. Sed hæc
 causa est lunæ extranea, allatisque mino-
 ris momenti, majoris illæ: ubi enim o-
 mnes tres concurrunt, lunam primo sta-
 tim ab syzygijs die mundo præstant aspe-
 ctabilem; atqui hic omnes ferè tres con-
 currunt, ergo. Esto enim meridianus
 Q L R Z, axis mundi I S, horizontis oc-
 cidentalis dimidium Q A R, polus ecli-
 pticæ K, æquator O V cum parallelis
 utrinque, ecliptica Y F M, lunæ orbita-

Z E L, Sol in α , paralleli & eclipticæ intersectione, luna in E, nodus euehens in F. Tendat porro sol vna die ex α in C pr. sec. gr. pr. sec.

39 8 &c. Luna ex E per F in H 12 11 26 manifestum est, quod sol emersioni lunæ non adimat plus uno gradu, damnum verò hoc facile compenset lunæ velociris, uti perigæx, prosthaphæresis. Adde, lunam ultra attollentem nodum provectam in Boream vergere, & quæ pridie in E finitore solaribus prope radijs latebat immersa, postridie in H futuram cumque sol primi mobilis convolutione parallelo C d sub horizontem descendenterit, lunam eodem temporis spatio parallelum H β , parallelo dC longè majorem motu raptūs nunquam confeaturam, sed multum supra finitorem fulsuram novellam Iunonem, uno die posterius interlunio. Potuit igitur CHRISTVS decima tertia apparente, verâ decima quarta, potuere Pharisæi decimâ quartâ apparente, verâ quintadecimâ agnum edisse.

Dicces

Dices, Judæi **CHRISTVM** capturi exierunt cum laternis & facibus, Joannis 18°. ergo non fuit plenilunium, alias lunâ ultra horizontem euentâ facibus vespere æquinoctiali non eguisserent. Respondeo etiam ad lunam faces majoris cautelæ gratiâ adhibitas, præsertim in promiscua militum & Apostolorum turba, vbi à duodecim personis metuisse poterant Pharisei. Diuus Petrus sanè unus contra omnes ausus est. Quare si vi ageretur, ne amicum pro inimico ferirent, tædis opus habebant. Respondeo secundò, tametsi constaret Iudæ locus in quem alias oratum concederet Saluator, & illuc profectum probabiliter coniiceret, non constabat, tamen certò & Iudæ, & Iudæis, sub dio, an tecto, valle an cliuo, in nemore, an extra negotium conficiendum foret. Respondeo 3°. jam antea per medias turbas iisse, seque invibilem etiam de die face posse nōrānt, quare faces nocte adhibendas arbitrati sunt cæci, & duces cæcorum: quasi qui in meridie invibilem se facere posset, non posset ad faces: præ-

monuit tamen sollicitus proditor, *ducite illum cautè*, hoc est, cautejam omnem, mediaque adhibete; faces, arma; ne si elabatur, &c. vos ego videar fefeller. Respondeo 4°. teste Iosepho de bello Iudaeo l.6.c.3. qua in parte mons, qui appellatur Elæon, contra civitatem ab oriente situs est, alta interiacente valle dispescitur, cui nomen est Cedron, protenditurque, ac ultra Olivetanum collem circumflebitur.. Ob domuum igitur fastigia, quæ plateas; ob montes, qui valles inumbrant, etiam totâ lucente luna, aliasque plures ob causas, verbi gratia, ne vnum pro alio, Jacobum fratrem Domini, pro ipso Domino, CHRISTO perquam similem Iudas oscularetur, Judæi caperentur aut cum illum non solum futurorum præscium, sed & cogitationum humanarum inspicem optimè tenerent, latebras in periculo quæsitus suspicarentur, faces in omnem euentum usurparunt, Principes sacerdotum maximè, *Magistratus templi, & Seniores* Luc. 22°. nocturnæ confragosæque viæ vix multum assueti, &c.

Tan-

Tandem quod facies adhibuerint, nō arguit lunā decimam quartā nō fuisse, sed probabilius cœlum nubibus obductum. Satis, opinor, his, leviusculo argumento. Jam rite atq; ordine digestis omnibus.

Dico primo , C H R I S T V S baptismo tintus est ad Jordanis fluentia anno ætatis, vnaque Dionysiano incunte trigesimo ———, Tiberiano, si à Kalendas Ianuarijs putes , completo decimo quinto , deoque sextodecimo elapsis diebus solummodo quinque , vt proinde non fuerit operæ pretium Lucæ , Historicorum more rotundo numero contento, dierum meminisse , hoc est, propter eosdem quinos dies decimum sextum nominare . Est Euangelistæ citati 2.c. & ipse I E S U S erat incipiens quasi annorum triginta . versioni vulgatae ad vnguem consentit Vatablus ; & Græcus textus καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησος οὐ ωσει ἐτῶν τελάκους αἰχόμυθος , οὐ ως ἐνομίζετο γος Ιωσήφ omniño euincit : contra planissimam enim Evangelistæ mentem esset diastolen ante οὐ expungere, aut in αἰχόμυθος α in ε permutare :

nimum videlicet licere faceret Grammaticis in scripturam. At ly quasi obstat, inquis, anno trigesimo ; nihil inquam omnino, tum quia ly quasi exest in Græcis quibusdam codicibus, ad planum Euangelistæ sensum minus necessarium, ut pote sine quo rectè intelligi potest, tum quia vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre. Joān. 1. cum fide constet, vnicum esse in trinitate filiū. Et adspicient ad me, quem configurerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti, Zach. 12. cum, qui in tempore est matris virginis primogenitus, idem sit unigenitus in æternitate, non quasi, sed reapse unigenitus patris, atque adeò non quasi super unigenitum, sed super unigenitum dolendum. Conturbata sunt castra, & accidit, quasi miraculum à Deo, I. Reg. c. 14. quod ibidem paulum antea, non quasi, sed miraculum absolute vocat scriptura; & factum est miraculum in castris, & per agros. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus,

bus, probabile vsq; ad natum Baptis̄tam,
 vt nati sui futurum præcursorē coram
 exultantem videret, beneque precare-
 tur. Quis ignorat autem à vigesima
 quinta Martij (exurgens enim Maria in-
 diebus illis abijt in montana cum festinatio-
 ne, statim videlicet ab accepta per ange-
 lum salute) ad vigesimam quartam Iunij
 intercedere menses lunares, Judæis vsu-
 ales, amplius tres. Et sexto mensi, quan-
 do verbum caro factum est iunctos tres,
 nonum, adeoque natalem Joannis con-
 ficeret? Nihil igitur ly quasi demit: nam
 &, sic quasi per ignem, 1. Corinth. 3°. cum
 nemo nisi heterodoxus flamas pur-
 gantes negare possit. Si Græcissare pla-
 cet, vide Scal. l. 6. emend. tempo: & Pet-
 ravium contra Scaligerum in animad-
 versis ad Epiphaniū, sed dubius magis
 recedes à grammatica illa, quamquam o-
 mnino docta disputatione. Est hæc ea-
 dem de ætate baptizati Salvatoris sen-
 tentia Gregorij Nazianzeni orat. 39. in
 sanctum baptismā: inquit enim sed Chri-
 stus cum tricesimum ageret annum baptiza-

tur, & hoc cum Deus esset, &c. est Hesychij
 in c. 27^m. Levit. Vide quemadmodum nec le-
 gislator ignoravit temperamentum, quod
Christus in nostra vita & conversatione fe-
 cit, nec Evangelista numerum habentem
 temperamentum ignoravit. Propter quod eum
 non plenorum triginta annorum venisse ait ad
 baptismum, ait enim, & ipse IESVS erat inci-
 piens quasi annorum triginta. Est Irenæi l.
 2. c. 39. Triginta quidem annorum existens
 cum veniret ad baptismum, deinde Magistri
 etatem perfectam habens venit Hierusalem,
 &c. pauloque infra non habuisse plenè
 triginta annos propter verba Lucæ, &
 ipse J E S V S erat incipiens quasi anno-
 rum triginta. Est hæc eadem sententia
 omniū qui docent trigesimo ætatis an-
 no C H R I S T V M baptizatum: commu-
 nis enim usus obtinuit annum labentem
 numerare. Est inter cæteros Tertulliani,
 Onuphrij, Sigonij in Seu; Sulpitium, Pe-
 rerij in Danielem, Baradij, Lyrani, Caje-
 tani, Hugonis Cardinalis, Carthusiani,
 Clari, Genebrardi, Marianæ, Toleti, To-
 stati, divi Thomæ & Soarij in 3. p. 10. 2.
 dispu-

spūtat: 26. seqq. 2. Est antiqui Ritualis,
 quod ordinem Romanum vocant:
 asserit enim Christum expletis quasi tri-
 ginta annorum cūrriculis baptizatum.
 Est demum dīvi Ignatij ad Trallianos:
 necdum enim Spondanus, seu quisquis
 aliis est super, ex Ignatianis verbis ἡγή
 τεῖς δέκαδας ἐτῶν πολύευσάμην Θεόπα-
 λίδην διπλὴν Ιωάννην euicit tres completas
 decades: siue enim aoristū illum à πολέω
 deducas, quod minimè concesserim; seu
 melius à πολιτεύομαι, sensum alium non
 effeceris, quam si verba verbis, sensum,
 reddas sensui, tres decadas annorum qui
 egit, idq; juxta priorem vocis originem,
 necdum concessam, tertiae decadis an-
 num vltimum completum necessariò
 non inferrentem, cum saepius, ut supe-
 rius enotatum est, completa pro in-
 completis capiantur, potissimum ubi
 non anni, sed annorū decades, largiore
 numerandi methodo recensentur; ut de-
 cas vltima ob exiguum defectum deca-
 dis titulo privari non debuerit: aoristi
 quoque non solum præteriti, sed etiam,
 pra-

præsentis, & futuri significationem ha-
 beant, quemadmodum notissimum est
Grammaticis. Quod si ab altera voce ar-
 guas, ob plurium copiam significatorum
 longè minus effeceris. Neque credo vo-
 luisse divum Martyrem spiritualia po-
 tiùs quàm chronologica Trallianis per-
 scribentem annos mathematicè & ad
 punctum completos consignare, quan-
 doquidem perinde ad propositum illi
 faceret annus trigesimus seu completus,
 seu incompletus. Hunc eundem locum
Ignatianum ita refert Alphonsus Salme-
 ron ex vetusto interprete. *Christus tri-*
ginta annos agens baptizatus est à Joanne in
veritate, & non in phantasmate, & tribus an-
nis prædicavit Euangeliū. Omnino post
 baptismum enim jejunavit, inde Aposto-
 los vocauit, actum in vulgus prædicatu-
 rus prodijt, quartoq; demum anno pas-
 sus est. Salmeroni assentitur Adamus
 Conzen commentar. in 3. Lucæ caput
 quæstione 2^a. contra Baronium, textum
 Ignatianum de expletis tribus decadi-
 bus interpretantem: nam primò particula,
 verè,

vere; non est in Græco - - verti igitur ad
 verbum debuit, cum tres decades annorum
 vixisset, quod rectè intelligere factum possu-
 mus, et si nondum tertiam decadem penitus
 explevit: non enim est in Ignatio verbum
 explendi, quo unico Baronius utitur. & si es-
 set, posset aliter exponi; ut illa verba Lucæ
 2º. post quam consummati sunt dies octo. Ha-
 c tenus Conzen. Vide quæ circa hunc lo-
 cum Ignatianum differit Dionys. Petta-
 vius in animadversis ad Epiphanium.
 Ac inter inter cætera, quando ait, o-
 nnium, quæ superiori capite differuimus, eò
 summa redit, ut si quis Dionysianam æram
 ac communem tueri velit, necessario hæc af-
 firmare debeat; 1º. eius initium anno 46º.
 cepisse C. Cæsare & Paulo Coss. ac si proximè
 ante principium æræ natum esse 10º. existi-
 met, id anno Juliano 45º. tribuendum
 Coss. Corn. Lentulo & Calpurnio Pisone.
 Deinde Christum annos natum novem &
 viginti ad baptismum accessisse anno Tiberij
 16º. Vinicio & Longino Coss. ineunte tri-
 cesimo. Hac una ratione biennij metachronis-
 mus ille devitari potest, quem Scaliger, eiusq;
 . secta-

seclatores obijciunt. Compendium hoc
est meæ sententiæ; quòd si prius in has
animadversiones incidissem, brevius
multa, quam feci, præstissem: multum
enim me principio statim morabatur.
tot Historicorū auctoritas, vnde nō pau-
ca adversus illos necessario coëgi. Omni-
bus his suffragatur Jacobus Salianus ad
annū Christi trigesimū. Probatur conclu-
sio. Princeps scripturam interpretādi est
regula, ut quoties textum ad literam, ac,
vti jacet, sine manifesto absurdo potes-
debeas intelligere; sed si hic trigesimum
ineunte annum accipias, nullum ma-
nifestum absurdum committes, ergo:
Major probatur: nisi enim regulam hanc
oberves, trecentas in sacris litteris hære-
ses formabis. Utque silentio convoluam
plurima, licentiâ ista, lubentiaq; tuâ fa-
bricato, quale voles, absurdo, creatum in
principio cœlum ac terram pernegabis.
Minor clara est: quid enim absoni? an-
nos quatuor incompletos C H R I S T V M
prædicasse, quinque requiri paschata?
respon-

respondeo non esse arduum quinum
 pascha assignare: inter enim baptismum
 & nuptias in Cana Galilææ, quæ anno
 dirimuntur, intercessit vnum, nisi annum
 illum paschate suo contra jus prives; si,
 ut Evangelio probetur velis, responde-
 bit Joannes, *sunt & alia multa quæ fecit*
Iesus, &c. neq; enim literis sunt omnia
 exarata. Argumento sit, quod à baptismo
 ad nuptias usque, anno integerrimo, e-
 notatum sit aliud nihil, quam jejunium
 in deserto, & conscriptio Apostolorum,
 longè tamen plura gesta esse, quorum
 nemo meminit, sit extra controversiam.
 Sed ait, Ioanne teste i.c. aliquo die Chri-
 stus baptizatus est, altera die iterum stabat
Ioannes, &c. & die tertia nuptiae factæ sunt,
 Joan. 2. ergo triduum intra Christus ba-
 ptizatus est, duo alleli discipuli, nuptiæ
 celebratæ, neutquam igitur annus inter-
 stitit baptismum inter ac nuptias. At
 hoc est contra sensum Ecclesiæ, quæ
 adorationem Magorum, baptismum, ac
 nuptias una die locat hymno; adora-
 tionem quidem,

Ibant Magi, quam viderant
Stellam sequentes præuiam:
Lumen requirunt lumine,
DEVM fatentur munere.

baptismum verò,

Lauacra puri gurgitis
Cælestis agnus attigit.
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit

nuptias demum,

Nouum genus potentiae!
Aquæ rubescunt hydriæ.
Vinumq; jussa fundere
Mutauit unda originem:

geminâ deinde antiphonâ, primâ. Hodie cælesti sposo juncta est Ecclesia quoniam in Iordanè lauit Christus ejus crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto vino lœtantur coniuua. Alterâ verò, Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie stella magos duxit ad præsepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in Iordanè à Ioanne Christus baptizari voluit, ut saluaret nos. Idque totum ex vetustissima traditione.

tione, unde enim alias? deinde inter baptismum, & vocationem duorum Apostolorum quadragesima intercessit; etenim statim spiritus expulit eum in desertum, quomodo igitur altera die vocati Apostoli^z 3°. post baptismū Christi vno dierū peractū: post altera autem die, sequitur, in crafstīnum autē voluit exire, id est sequenti die, dum in Galilæam iter instituit, offendit Philippum in via. Post hæc itaque omnia, ipsamq; adeò primam Christianā quadragesimam, vocationem Apostolorum, &c. die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, quò vt attingeret, tempus, credo, aliquod intercessit, præsertim, si cum omnibus, minimum plerisque discipulis comparuit; & crediderunt in eum discipuli eius, Joan. 2. quos omnes Joa. primo non conscripserat, sed duos tantum inuitarât, apud omnes tamen miraculo primo suo fidem sibi facere statuerat. Vide rei seriem. Cùm Ioannes baptizaret in Bethania trans Jordanem Joan. 1. Bethabaram appellat Adrichomius, ex Epiphanio puto contra Alogia.

nos; venit Iesvs à Galilæa in Jordānem ad Ioannem Matth. 3. à Nazareth Galilææ Mar. 1. an in Bethaniam trans Iordanem, incertum: Adrichomius enim ex mente Ecclesiæ, & loco etiam hodie peregrinis celebri, Christum Dominum non longè ab Iordanis in Asphaltiten se exonerantis ostijs baptizatum arbitratur: non equidem in Aenon ad Salim Joan. 3. quod ea posterius contigisse ex textu euincitur.. A baptismo statim apertis cœlis testimonium accipit, in eremum jejunatum concedit, tum in Galilæam testibus Euangelijs omnibus post incarceratum Ioannem, Apostolos conscripturus mouit: nam quæ Ioannes de inuitatis ad vnum diem duobus discipulis, ac postridie vocato Philippo scribit, ad Iordanis fluenta contigerunt, re autem vera Petrum, Andream, Iacobum, Ioannem in Galilæa primùm ad mare Tiberiadis vocatos constat. E Iudæa igitur in Galilæam profectus, itinere horarum, si Adrichomio stamus, plus minus quinquaginta, relicta ciuitate Nazareth habi-

habitavit in Capharnaum Matth. 4°. inde
 ad stagnum Genesareth primum Apo-
 stolorum quaternionem collegit, ac re-
 liquos deinde. Æstimas an hæc omnia
 biduo confici potuerint, ut die tertia
 nuptijs interesset. Igitur ly. alterum, in
 crastinum, die tertia non se immedieate
 respiciunt, sed immedieate antecedentia,
 ut ut non consignata: quemadmodum
 Ezech. 1°. & factum est, cum nihil præmi-
 ferit Propheta. Alterum pascha, post nu-
 ptias in Cana Galilææ celebratas refer-
 tur Ioan. c. 2. cum autem esset Ierosolymis,
 in die festo multi crediderunt in nomine eius,
 videntes signa eius, quæ faciebat. vbi adver-
 te, pascha & diem festū hic pro eodem ca-
 pi. Tertium Ioannis capite 4°. vbi Chri-
 stus relictâ Iudæâ in Galilæam profici-
 scitur, tum in itinere ad discipulos, nonne
 vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt
 & messis venit? quod ipsum manifestum
 signum est instantis paschatis. Sub finem
 autem capititis. Hoc iterum secundum signum
 fecit IESVS cum venisset à Iudea in Galilæam
 ac tandem c. 5. post hæc erat dies festus Iu-

dæorum pascha videlicet, uti superius c.
 2. antonomastiñōs: nam ab hoc, Lucæ 6.
 in Sabbato secundo primo cum transiret per
 sata, vellebant discipuli eius spicas, & man-
 ducabant confricantes manibus. Sabbato in-
 quam secundoprimo, quod Iudæi à pa-
 schate septem censerent hebdomades
 ad primitiarum in pentecoste oblatio-
 nem, quarum hebdomadum sabbatum,
 primum θεύτερόπεριον, alterum θεύτερο-
 δευτέρον, &c. appellabat. 4^m. pascha signatè
 ponitur à Ioanne c. 6. Subiit ergo in mon-
 tem Iesvs, ibi sedebat cum discipulis suis,
 erat autem proximum pascha dies festus Ia-
 dæorum, quemadmodum c. 5. post hæc erat
 dies festus Iudeornm. Quintum colligitur
 Ioa. c. 7. ex festo scenopegiæ, quod utiq;
 pascha fecutum, est Christo vltimum.
 Ita Dominicæ in carne œconomiæ tem-
 pus vltimum partiuntur Soarius, Bara-
 dius, Mariana, Salianus, Cornelius à lapi-
 de, D. Thomas, Cajetanus, Rupertus, Ge-
 nebrardus, Simon Cassianus, Benedictus
 Pererius, &c. Quanquam cum plerique
 doceant Christum in eunte anno trigesi-
 mo

mo baptizatum , trigesimo quarto in-
eunte passum, necessario quinum pascha
ostendant, oportet. Quæ doctrina , ceu
Catholica, nihil omnino manifesti ab-
surdī potest continere ; & ab auctoritate
negativa arguere (v. g. quinum pascha
in Evangelij non consignari) sit ultimæ
notæ argumentum. Probatur conclusio
secundò auctoritate Concilij NeoCæsa-
reensis, quod c. II. ita cavet. Presbyter ante
tricesimū etatis sue annū nullatenus ordine-
tur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus obser-
vet: nam Dominus noster tricesimo etatis sue
anno baptizatus est, & sic cepit docere. Ad-
diderim pro superpondio , qui trigesi-
mo primo ineunte Christum velint ba-
ptizatum præter Bernardum , Chryso-
stomum , & Euthymium esse paucos re-
liquos, atque hos, quod chronologiam,
non exercent, perindeque illis trigesi-
mus, & trigesimus primus, completus in-
completus , ad propositum faceret, obi-
ter solùm temporis meminisse : quin ad-
versus Lucæ mentem in decimum sex-
tum Tiberij completum annum , atque

adeò decinum septimum inchoatum, si à Kalendis Januarijs cum Luca Romanos secuto putemus, nolint velint, baptismum coniçere. Posteaquam longis logis conatus essē probare conclusm. vidi compendio id præstare Dionys. Pettauium in animadversis ad Epiphanium, Hæresi 51. Alogianorum. Eius verba sunt. Sed est aliud quiddam, quod Veteres perinde ac Recentiores omnes, qui de natali anno Christi disputatione, tanquam certissimum vulgo sumpserunt: nimirum Christum anno decimo quinto Tiberij baptizatum fuisse. Vnde cum Tiberij 15^{us}. ceperit anno Julij 73^o. Silano & Nerva Coss. ex ante diem X I V. Kal. Sept: & baptismus Christi in Januarij v 1^m. incurrit, convenit anno Juliano 74^o. Geminis duobus Coss. quæ est omnium ferè communis opinio. Quod illorum firmamentum si quis extorserit, omnis illa Christi Natalis investigandi ratio labefactata concidit. At qui anno ipso Tiberij 15^o. baptizatum esse Christum vnde tandem habuerunt? Lucas enim c. 3^o. anno 15^o. Tiberij Ioannem S. Spiritū afflatu ad prædicandam pænitentiæ

tiam prodijſſe narrat, non verò Christum eodem illo xv°. Tiberij anno à Ioanne baptizatum. Etenim fieri potest, ut Iuliano 74°. Tiberij 15°. exēunte, ut puta Augusto ineunte Ioannes relictā solitudine in publicum emerſerit, & anno 75°. Iuliano baptizatus ab eodem sit Christus Tiberij 16°. quod à nemine, quantum ſciam, hactenus obſervatum, plurimum ad communis, ac Dionysianæ æræ patrocinium confert. Ita omnino: nullum, ego quoque, ſi rite memini, Scriptorem hac de re legi; audivisse id me tamen Græcij in Styris ante annos plus minus 26. ex P. Ioanne Dekero cum grata, jucundaque reminiſcentia probiſſimè recolo diſertis verbis, per annum 15^m. Ioannis Evangelismus non Christi baptismus ſignatur apud Lucam. Baptizato jam domino, per aetaquæ conſectario prædicatio ne de anno paſſionis diſferamus.

Dico igitur ſecundò, Christus paſſus est ab xi. ad viii. Kalendas Apriles in cluſive, ab vii. Kal. excluſive. Et Concilij Palæſtini ſub Theophilo Cæſareensi, Et Narciſſo Hierofolymorum, Episcopis,

Victore Pontifice Martyre, celebrati anno Dionysiano centesimo nonagesimo octauo. Hanc auctoritatem ut rectius intelligas, adverte ex L. Pontificali Damasi Papæ, vetustissimum Apostolorum canonem ita habere. *Siquis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus sanctum pascha ante vernale æquinoctium cum Iudeis celebraverit, abijciatur.* Ex quod obiter coniesset, jam inde, atque ab euersis Solymis ruere cepisse rem Judaicam, etiam quoad cærimonialia; Iudeos, per vrbes & orbem dispersos. ac vagos æquinoctium quandoque anticipasse, contra limites mensis principis. Hoc igitur primum cauit canon Apostolicus. Idem alias, ampliusque cauit Martyr Ignatius ep^a. 8^a. ad Philipp. Si quis enim cum Iudeis pascha celebrat, aut symbola eorum recipit, particeps est eorum qui Dominum occiderunt, & Apostolos eius. Vbi omissaæ æquinoctij mentione absolute vetat, seu ante, seu post celebrare pascha cum Iudeis, quacunque tandem die. Quin idem S. Ignatius ep^a. 6^a. ad Magnesianos dominicam resurrectioni Christi

CHRISTI assignat. At post Sabatum, omnis CHRISTI amator dominicum celebrat diem, resurrectioni consecratum dominicæ, reginam & principem omnium dierum, eandemque Dominicæ traditionem Ignatio ipso vetustiorem esse colligitur ex c. i. Apocalypseos, fuisse in Spiritu in Dominicæ die, &c. Quare non in merito Pius, Pontifex 11^s. cum nonnullos adhuc Iudaizare intelligeret epist. 1^a. decretali advniuersos Christi fideles quæ incipit. *Gratias agim⁹ fratres, &c. ut pascha Domini die celebretur, in hæc verba præcepit. Ceterum nosse vos volumus quod pascha Domini die Dominicæ annuis solennitatebus sit celebrandum. Iстis ergo temporibus Hermes, Doctor fidei & Scripturarū, effulsi inter nos. Et licet nos idem pascha prædicto die celebremus, quia tamen inde quidam dubitarunt, ad corroborandos animos eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in habitu pastoris apparuit; & præcepit ei, ut pascha die Dominicæ ab omnibus celebraretur: unde & vos Apostolica auctoritate instruimus, omnes*

eadem servare debere, quia & nos eadem ser-
 vamus, nec debetis à capite quoquo modo di-
 scedere. Pium secutus est Victor, de quo
 idem Pontificale; hic constituit, ut sanctum
 pascha die dominica celebraretur, & fecit
 concilium cum presbyteris & Diaconibus,
 accessoꝝ Theophilo Cæsareæ Episcopo con-
 stituit, ut à decima tertia lunâ (exclusiue)
 primi mensis usq; ad vigesimam primam die
 Dominica custodiatur sanctum pascha, idq;
 epistola decretali 1^a. in hæc concepta
 verba. Multa mihi gratulatio est dile-
 citissimi fratres, &c. celebritatem sancti pa-
 schæ die Dominica agi debere prædecessores
 nostri jam statuerunt, & nos vobis illud ea-
 dem die celebrari solenniter mandamus;
 quia non decet ut membra à capite discre-
 pent, nec contragerant: à quarta decima ve-
 rò luna 1^{mi}. mensis usq; ad vigesimam pri-
 mam eiusdem mensis diem eadem celebretur
 festivitas. Eadem verò baptismus celebran-
 dus est Catholicus, &c. Causa huic Ponti-
 fici idem decernendi eadem fuit qua
 Antecessoribus; quia nempe Asiatici
 quidam cum Iudæis anno uno post &
 qui no-

quinoctiū, altero ante æquinoctium, atque adeò anno vno duo, nullum altero pascha celebrabant, absurdō longè maximo. Quapropter tandem ad coercendos orientales Theophilus Cæsareæ Episcopus auctoritate Româ à Victore accepta Concilium Palæstinum coegerunt, ut ait Beda Opusc^o. de æquinoctio vernali sub finem ex Philippi epistola, post resurrectionem vel ascensionem Domini Salvatoris Apostoli quomodo pascha deberent observare, nihil ordinare potuerunt, quia dispersi erant per universum mundum (nihil, intellige omnes omnino & universaliter, quia licet canon superius citatus constitutus fuerit, adhuc tamen Joannem sequebantur Asiani, vel potius proprium caput, ut ait & probat Turrianus ad constitut. Apost.) ad prædicandum occupati. Sed quacunq^z die 14^a. luna mense Martio fuisset, pascha celebabant. Post transitum ergo de hoc mundo omnium Apostolorum persingulas provincias diversatenebatur jejunia: nam Galli quacunque die 8^o. Kalendarum Aprilium fuisset, quando Christi resurrectio tradebatur, sem-

per pascha celebrabant. In Italia verò alijs 20.
 dies jejunabant, alijs septē. Oriētales verò sicut
 Apostolos viderunt, decima quarta lunā men-
 se Martio pascha tenebant. Cum ergo hæ tales
 observationes per singulas provincias tener-
 rentur, unde mœror erat sacerdotibus, eò quod
 à quibus una fides rectè tenebatur, eorum
 dissentirent jejunia : tunc Papa Victor, Ro-
 manæque urbis Episcopus direxit auctorita-
 tem ad Theophilum Cæsareensis Palæstinæq;
 Antistitem, ut quomodo pascha recto jure
 à cunctis Catholicis celebraretur Ecclesijs,
 ibi fieret ordinatio, ubi Dominus & Saluator
 mundi fuerat in carne versatus. Percepta
 itaq; auctoritate prædictus Episcopus non so-
 lùm de sua provincia, sed etiam de diversis
 regionibus omnes Episcopos euocauit. Vbi
 cum illa multitudo sacerdotum convenit,
 tunc Theophilus Episcopus protulit auctori-
 tam ad se missam Victoris Papæ, & quid sibi
 operis fuisset iniunctum ostendit. Tunc pari-
 ter omnes dixerunt Episcopi, &c. cumque
 Dominica die ob multas rationes pascha
 celebrari oportere conclusissent, ab 8°.
 Kal. Apriles ad 8^m. Kal. Maias, vt tres pas-
 sionis

sionis Dominicæ dies , nempe ab x^o. ad 8^m. Kal. Apriles includerentur *Theophilus dixit. Ecce, impium non est, ut passio Dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur? Passus namque Dominus ab undecimo Calendarum Aprilium, quanocte a Judæis, traditus est, & ab vii^o. Kal. resurrexit, quomo- do ergo tres dies extra terminum excludun- tur? Omnes Episcopi dixerunt, nullâ ratione fieri debet , ut tantum sacramentum extra limitem excludatur; sed hi tres dies intrater- minum inducantur.* Hæc est constitutio vetustissimæ Synodi auctoritate Ponti- ficia congregatæ. Nec te moueant verba illa, ab 7^o. Kal. &c. vnde quidam suspi- cantur mendum irrepisse, & pro, ab vii^o. ad viii^m. alij ad vii^m. Kal. legendum au- tumant ; sed vulgaris , & constans lectio est, ab vii^o. &c. Ab vii^o igitur Kal. exclu- sive , ut manifestè ex antecedentibus li- quet : cum enim xi. Kal. captus sit Chri- stus Dominus, postridie passus, tribusque diebus & noctibus in tumulo jacuerit.

viii. seu ut Beda ex Synodo, ab vii. Kal.
 resurrexit. Hoc Palæstini confessus de-
 cretum legitimè factum esse, D E V S
 etiam miraculo confirmavit: nam cum
 Leonis Magni tempore de paschate rite
 celebrando, præsertim anno Christi 444.
 & 455. quæstio haberetur; essentque Oc-
 cidentales nonnulli, qui terminos pa-
 schales à Theophilo in Concilio Palæsti-
 no minus rite consignatos (7^m. maximè
 Kal. Majas, nam de xi. Kal. Apriles nihil
 dubitabant) suis de causis suspicarentur,
 atque ob id ante, anno videlicet Christi
 Dei 417. pascha, non ut debebant, ix. Kal.
 Majas ex decreto Concilij, sed viii. Kal.
 Apriles instituissent, ne idem accideret
 anno 444. idem Leo per literas à Cyrillo
 Alexandrino, & Paschasino Lilybæta-
 no Episcopis sententiam rogavit. Et Cy-
 rilli quidem intercidit epistola ad Leo-
 nem, sed ex altera ad Aurelium & Va-
 lentinū, totamq; Synodum Carthaginé-
 sē eius sententia elucet. *De pascha verò, ut*
scripsisti, mandamus vobis ix. Kal. Maij nos
futura inductione celebrare. Quod optamus
charif-

charissimi fratres, ut simul pascha celebremus ix. Kal. Maij, propter rationem embolismi anni. Quod si faciat is vii. Kal. Apr. lunæ XXII. ut jam preparatis, communem annum facitis de embolismo, &c. - - Ideò nuntiaui vobis hæc omnia, eò quod dubitastis de luna i^{mi}. mensis in hoc anno. Ideò præcipio vocis, ne faciat is pascha in mense Martij in anno embolismi, sed in ix. Kal. Maij in unitate Ecclesiæ Catholica, verum agnum veri Israelite immaculatum immaculati comedamus. Elucet, deinde eadem mens Cyrilli ex Paschasini responso his verbis. Domino verè sancto, atq[ue] Beatissimo, ac Apostolico, mihiq[ue], post Dominum plurimum colendo, Pape Leoni Paschafenus Episcopus, &c. - - diutino itaque tractatu vel ratiocinatione id verum inuenimus, quod ab Alexandrina Ecclesiæ Antistite (Cyrillo intellige) Beatitudini vestrae rescriptum est, &c. Ipse porro Paschasinus super eadem quæstione in eadem Epistola præter multa, quibus probat in Aprili, non Martio pascha celebrandum annis talibus, probat inquam ex anno 417. sequenti exemplo.

Sicut

sicut euenit tempore pia recordationis Domini mei, prædecessoris Apostolatus vestri, Zosimi, anno consulatus Honorij xi. & Constantij ii. Tunc enim, cum declinatur, ne decimo Kal. Maij die pascha teneretur, celebratum est viii. Kal. Aprilis, id est pro embolismo communis est annotatus. Error grauissimus ortus, in tantum, ut mysterio certo, quod dono Spiritus sancti ministratur, haec veritas probaretur. — — cuius miraculum tale est. Quædam vilissima possessio, Miltinas appellatur, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta: illic perparva, atque vili opere constructa est Ecclesia, in cuius baptisterio nocte sacra sancta paschali, baptizandi horâ, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisq; qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut venerat aqua, ex se discedit. Tunc ergo, sicut supradixi, sub sancta memoria Domino quondam meo, ac Beatissimo Papa Zosimo, cum apud Occidentales error exortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sancta decursis, cum presbyter secundum morem requireret, usque ad lucem aquâ non veniente,

niente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Ut ergo breviter narremus illa nocte, quæ luce sciebat in diem Dominicam decimo die Kal. Majarum fons sacer horâ competenti repletus est. Nemo igitur negare potest terminos paschales à Theophilo, & Concilio Palæstino rectissimè constitutos, atque hos passioni Servatoris ab xiº ad viii. Kal. Apriles firmiter inniti. Quanquam si nullo id miraculo testatum foret, sufficeret viro Catholico synodica auctoritas: nam Hæretico neq; synodus, neque miracula satisdant. Quare nescio an rectè philosophetur, qui, quod vetustissimi Patres Cæsareenses auctoritate Pontificiâ congregati gravissimè sanxerunt, neque ullo expresso unquam decreto rejectum est, imò à Vito ipso tum alibi postea, tum Romæ, in Concilijs confirmatum, teste Eusebio l. 5. c. 22. sequelis obliquis eleuare nititur: vix enim jam aliquid in Scriptura, Concilijs & Sanctis Patribus adeò sacrosanctum dabatur, quod non huic ingeniorum licentia fiat obnoxium. Princeps

difficultas fuit Viatoris de luna vitanda
quarta decima, die assumenda Domini-
ca, & terminis paschalibus rite constitu-
endis: hos Synodus illa constituit, atque
etiamnum illibatè Ecclesia tenet. Quoad
æquinoctium 25^a. in Concilio annexum
respondeo, cum ætate Christi 23^a. Martij
acciderit, potuisse quoad sensum Patres
illos 25^a, adscribere, & Clauianam regu-
lam, quæm Censores passim recitant,
probant, usurpant, huc optimè quadra-
re. Heus tabellio, recitas sis consultum
Clauianum.

Ecclesia enim obstricta non est, neque
unquam fuit exquisitis astrorum legibus mo-
tibusque; sed satis est, si solis ac lunæ motus
pingui quadam, ut aiunt, Minervâ, assequar-
tur, dummodo non multum à vero recedat; id
quod antiquissimus usus à primitiva Eccle-
sia (vtique à Concilio etiam Palæstino,)
ad nostram usq; ætatem continuatus atque
productus euidenter demonstrat. - - sa-
tisque esse, quò dies iudicio sensu noctibus
æquales fiunt; quod quidem triduum aut qua-
triduum sine magna differentia complecti so-
let.

Det. Poterat hoc sanè deterrere non ne-
 minem ne è canone Apostolico parum
 consultam inferret consequentiam, qua-
 re deponendi Patres omnes illi fuerunt, si vere
 pronuntiarunt æquinoctium in 25^a. Martij fie-
 ri. Repeto; quæstiones principes fuere
 de luna x i v^a. euitanda, die assumendo
 Dominico , & paschalibus terminis
 decernendis; reliqua inter accidentia
 sunt censa, quodd postea primùm atque
 in Nicæno Concilio Martij dies 21^a. æ-
 quinoctio sit præstituta. Indignum ita-
 que est ab accidentario uno, & quæsito
 plane Astronomico substantiam Synodi
 Palæstinæ euertere : ita enim o-
 mnes sanctos Patres Epiphanius, &c.
 ob dictum vnum aliquod cæteris minus
 consentaneum fas erit repudiare. Taceo
 quod Synodus æquinoctium acceperit
 uti passionem ; ab xi°. ad viii. Kal. Apr.
 25^{am}. inter cæteras nominando, quod ea
 tempestate ad 25^{am} Martialē æquinoctia
 civiliter euenirent. Synodus autē illam
 Victor, Martyr Pontifex, satis superque
 approbauit, quia coegit, quia nunquam

reprobauit, sed in esse suo vsque ad nos⁹
 transmisit, Ecclesia acceptauit. Ac siquidem rem ad libellam examinemus argu-
 mentum adversarium est ab autoritate
 negativa, id est prope nullum. Non ap-
 probauit, vnde constat? quia de hoc ni-
 hil extat: at sic multi non essent Cœlites,
 qui nunc cœlo beatissimè perfruuntur:
 temporum illorum iniquitas multa im-
 pedivit, plurima aboleuit. Neque verum
 est sciscere Patres Cæfareenses pascha-
 triduum ante æquinoctium celebrari
 posse: tametsi enim æquinoctium ciuile
 ad 25^{am}. Martialem oculari judicio sta-
 tuerint, nunquam tamen negarunt va-
 gum esse, atque à 24. Martij, vti ex obser-
 vatis Ptolemaicis constat, ad 20. sursum
 euariare, quemadmodum obseruata ho-
 dierna, præsertim verò æquinoctium,
 Hassicum anno 1572. ætate nostra extre-
 mum, atque adeò Ptolemaicis è dia-
 metro oppositum testatur. Neutquam id-
 circo Patres illi concessere pascha tri-
 duum ante æquinoctium celebrari, li-
 cet statuerint paschales terminos ab XI.

Kalend.

Kal. Apriles ad xi. Kal. Majas, plus minus, sed eo ipso, quod xi. Kal. Apriles incluserint, æquinoctium illo quandoque accidere, lunamq; paschalem illucescere posse docuerūt, tametsi interim æquinoctium Sosigenis 25^a. usurparint. Et si quidem strictè adeo cum Palæstinis Patribus proceditur; cauet canon Apostolicus ne pascha ante æquinoctium celebretur, vtique ciuile. Cum enim æquinoctium verum quandoque accidat Martij 24^a. teste Ptolemæo, non erit pascha celebrandum ante 24. contra Nicænum & communem Ecclesiæ usum. Vti ergo hic ad Concilium Nicænum explicandum æquinoctium ciuile adhibetur, ita ad Palæstimum quoque idem ciuile æquinoctium 25^a. aut 21^a. assumendum est, pingui quadam, vt ait Clavius, hoc est ciuili, oculatiq; Mînervâ. Secus esto de Christi temporibus, quando neque Nicænum neque Palæstimum coactum fuerat, sed Synagoga dominante Syndria more suo neomenias indicebat. Cū autem 21. & 25. Martij diebus 4 differant,

Si differentiam hanc dimidiemus & 21^a. addamus, aut 25^a. subducamus, nascetur, 23^a. sedes media ciuiliū equinoctiorū, quemadmodum Anatolium sensisse quidam autumant. Nicænum nihilominus à 25. ad 21. retraxit æquinoctium, ut cum Palæstino xi. Kalend. Apriles intraspachales terminos cogeret. *Ita dies dicti* cruciat verbum, & Concilium Concilio porrigit manum. Vniuersim, posteaquam labare cepit res Judaica, licet adhuc essent reliqui in Palæstina Judæi, qui pascha suis rite præscriberent, non poterat tamen scitum illud ad omnes, in quibus degerent, orbis partes permanare, cum id vel per Judæam operosum foret; atque adeò Judæi aliqui passim vagi pascha perperam & ante æquinoctium aliquando celebrarent, ne idem Christiani facerent Canon Apostolicus cauit. Inde Ignatius Martyr nec ante, nec post æquinoctium cum Iudæis agendum phase monuit; post quem Concilium Palæstinum lunam xiv. rejicit, Dominicam, & quod caput est, terminos paschales.

les super xi. & vii. Kal. Apriles fundatos
 vsque in Aprilem præscripsit, æquino-
 etium ciuile supposuit magis, quam ex-
 minauit, aut ad diem aliquam infallibili-
 lem annexuit. Tandem Concilium Ni-
 cænum æquinoctium etiam Martij 21.
 ciuiliter alligauit, ac paschalia ab xiº.
 Kalend: Apriles ad vii. Kalend. Majas
 determinavit. Hic est hujus controver-
 siæ processus; ex quo apparet, primitus
 non fuisse omnino ac penitus quò ad o-
 mnia, sed successuè decisam: vnde nec
 Canon Apostolicus Ignatio, nec hic Pa-
 læstino, nec Palæstinum Nicæno præjudi-
 cat, si recte omnia ponderentur. Et verò
 quam erroneum sit asserere, Synodum
 Palæstinam, à quo coacta est, non esse
 approbatam, in eo potissimum, ob quod
 coacta est; neque acceptatam ab Ecclesia,
 cuius canonem pàssim usurpat, ex se-
 quenti laterculo, secundùm quem ab
 xi. ad viii. Kalend. Martias in vii. vsque
 Kal. Maias paschata sua celebrat, confici
 potest. Si enim Ecclesia non approbat
 quatuor illos dies paschales esse, juxta-

Synodum, quare igitur paschales facit eadem Ecclesia?

Annus.	Dies.	Mensis.	Lit. Dom.
1636.	23.	Martij.	F.E.
1674.	25.	Martij.	G.
1693.	22.	Martij.	D.
1704.	23.	Martij.	F.E.
1731.	25.	Martij.	G.
1742.	25.	Martij.	G.
1761.	22.	Martij.	D.
1788.	23.	Martij.	F.E.
1799.	24.	Martij.	F.
1818.	22.	Martij.	D.
1845.	23.	Martij.	E.
1856.	23.	Martij.	E.
1940.	24.	Martij.	G.F.
2391.	24.	Martij.	F.
2475.	24.	Martij.	F.
2543.	24.	Martij.	F. &c.

Etsi

Etsi verò hæc ita vera sint, vt Syno-
dum Palæstinam omni malè imputato
errore penitus absoluant, quia tamen
viris doctis nonnullis tam altè insedit il-
lud 25^a. Martij assignatum æquinoctiū,
vt sibi persuadere nullo modo possint,
cum canone Apostolico consistere: quæ-
ro primùm ex ijsdem, an sanctum illum
confessum tot venerabilium virorum,
ut pote primorum ferè Ecclesiæ Dei Epi-
scoporum; siquidem Theophilus tertius
à, (publicano olim) Zachæo, primo Pa-
læstino Episcopo, fuit Episcopus Palæ-
stinus, vti testatur Clemens Constit. A-
post. l. 7. adeò putent fuisse inconsultum,
vt ipse sibi palam contradixerit; hoc est
æquinoctium 25^a. constituerit, paschales
terminos nihilominus in 22^{am}. retror-
sum extenderit, &c. Neminem credo fo-
re tam pravi judicij æstimatorem. Aliud
igitur quiddam per æquinoctium 25^a.
assignatum intellexerunt Patres illi ve-
nerabiles, quam Astronomicum, civile
videlicet à 25^a. in 21^{am}. diem Martij re-
currrens. Quæro deinde, num canon A-

postolicus contradicat constitutioni A-
 postolicæ? neque hoc quisquam ortho-
 doxus autem: nam idem Clemens Ro-
 manus Pontifex & Martyr utrumque
 ab Apostolis traditum conscripsit. Quod
 igitur canon tradit, hoc etiam tradit
 constitutio Apostolica, ac vicissim: at qui
 hæc condicit Synodo Palæstinæ, igitur
 & canon. Canon Apostolicus quartus a-
 pud Clementem, Octavus apud alios, ita
 rursus habet. *Episcopus aut presbyter, aut*
Diaconus si sanctum paschæ diem ante ver-
num æquinoctium cum Iudeis celebrauerit,
deponatur. Constitutio verò Apostolica
 l. 5. ita ad verbum. Oportet ergo fratres, ut
 qui pretioso CHRISTI sanguine redempti estis,
 dies festos paschæ accuratè & omni diligen-
 tia post æquinoctium celebretis, ut neq; unius
 passionis bis per annum memoriam renouetis,
 sed potius semel quotannis memoriam mortui
 item semel celebretis: neq; amplius cum Iudeis
 tempus celebrandi pascha observetis: nulla enim
 nobis nunc cum eis communitas est: falluntur
 namque in ipso etiam calculo, & ratiocina-
 tione, quam existimant se absoluere, ut omni
 ex parte à veritate abstracti sint. Vos verò

obseruate diligenter conversionem verni &
 quinoctij qua incidit in 22^m. diem mensis duo-
 decimi, qui appellatur Dystros, & notate usq;
 ad 21^{am}. lunam, ne in aliam hebdomadam in-
 cidat luna decima quarta, & per errorem
 bis unoquoq; anno pascha agitemus, aut diem
 resurrectionis DOMINI nostri IESU CHRISTI
 alio die, præterquam Dominico tantum,
 celebremus. Jejunate igitur diebus pascha,
 incipientes à secunda feria usq; ad sextam,
 & Sabbathum, sex diebus; pane tantum, sale,
 oleribus, & aquâ mensa adhibitis. Abstine-
 te his diebus vino & carne, dies quippe luctus,
 & non festi sunt; sexta tamen feria & Sabba-
 to ex toto manete jejni, qui ita firmis viribus
 estis, ut tamen ferre possitis, nihil prorsus gu-
 stantes usq; ad nocturnum galli cantum. Si
 quis verò propter imbecillitatem utramque
 diem conjungere non posuerit, saltem Sabbathum
 servet: ait enim dominus de se, quando
 ablatus eis fuerit sponsus, tum jejunabunt in
 diebus illis. His itaq; diebus ablatus fuit nobis
 dominus à Iudeis, quos sic falsò vocant, &
 in crucem actus, & cum maledicis deputatus.
 Quamobrem non emus, &c. Ex qua vt re
 gius

Atius concludam constitutione, suppo-
 no cum Peritis omnibus, Dystrum men-
 sem esse Macedonicum, etiam Antioche-
 nis usurpatum; & quidem non fixum, sed
 mobilem (nam seriūs, ac postmodum in
 fixum desijt) respondereque, siquidem
 à Tisrin priore Chaldaico, seu Hyperbere-
 tæo Macedonico annum inchoes, Adar
 mensi Chaldaico sexto: sin autem à Ni-
 san eidem Adar Chaldaico duodecimo.
Initiū porrò illius anno ab Incarnatione
 Domini 35. cadere in 3^{am}. Martij, quod
 Tisrin prior, seu ejus comes Hýperbere-
 tæus Macedonicus 8°. Septemb. initium
 sortiatur anno ab Incarnato Verbo 35°.
 Quocirca si à Martij die 3^a. censeas diem
 Dystri 22^m. in 24^m. Martij (25^m. Turriano)
 ipsam æquinoctij verni Constitutionis
 Apostolicæ sedem ex mente S. Cle-
 mentis incides: ut proinde tam canon
 Apostolicus, quam constitutio Aposto-
 lica (si quidem inter se omnino conser-
 tiunt) à Concilio Palæstino minimè dis-
 sentiant: & quod Concilio Palæstino
 frustra obijcis, si canonem Apostolicum,
 vnaque

vnaq; Apostolicam cōstitutionem integrām velis, eundem ipse nodum solvas, oportet. Opinor ego tam canonem, quām constitutionem, ipsumq; adeo Concilium, alterum potiūs æquinoctij verni extremum, hoc est 25^{am}. quām 21^{am} interim usurpare, vel quod resurrectio- ni Christi putarent coincidere, vel quò cū Iudæis nonnullis pascha perperā agentibus minus convenirent, quorum tamē plerique usque ad Solymorum interitum accuratè æquinoctium ad civilem 23^{am}. atque juxta illud paschata sua cele- brabant in Judæa, vti constat ex Iosepho anno circumfessæ Ierosolymæ 70^{mo}. nam ab excisis Solymis per orbem terra- rum dispersi in ipso etiam calculo & ra- tiocinatione, vt loquitur D. Clemens, quam existimabant se absoluere, ex o- mni parte à veritate abstracti falleban- tur. Hoc autem de Iudæis in gentes di- persis intelligi, satis claret ex tempore, quo S. Clemens scripsit, ab anno videli- cet æræ Christianæ 86. ad 95^m. illo enim intervallo rexit Ecclesiam. Summatim;

quic-

quicquid pro canone, & Apostolica di-
 xeris constitutione, idem pro concilio
 dixeris Palæstino; vltimaque erit judice
Claudio sententia, Ecclesiam primitivam
 & modernam civilem sequi methodum,
 minimè Astronomicam: ut ut Judæi cæ-
 remonijs magis ac diebus, quam rebus
 per cæremonias ac dies significatis stu-
 duerint, tam æuo **CHRISTI**, quam anno
 postea prope quadraginta æquinoctia
 vera simul ac lunas non civiliter, sed A-
 stronomicè observando, donec ab ever-
 sis Solymis ex omni parte à veritate abstrahantur.
 Eti sunt infelices orbis terrarum exules.
 Hinc præterea duo colligo; vnum, pri-
 ma omnino paschata cum Iudæis à Chri-
 stianis celebrata: ait enim neque amplius
 cum Iudæis tempus celebrandi pascha obser-
 vetis: nulla enim nobis nunc cum eis commu-
 nitas est; postquam videlicet excusso pul-
 vere deserti sunt ab Apostolis, euersa
 Solyma, &c Alterum, totam illam san-
 ctam hebdomadam pascha dici: constat
 id ex illis verbis, jejunate igitur diebus pa-
 schæ, incipientes à secunda feria, &c. ne
 quis

quis Sabbatum sanctum pascha miretur
 quandoq; à me appellari. Addo, totam.
 Apostolicam præceptionem ex mente
 Clementis Romani cadere ratiocinio
 quidem meo, in 24^a Martiam, idque tam
 juxta expansam annorum mensiumque
 Chaldaicorum tabulā, quam Hebræum
 computum: quia tamen hic præter octa-
 vum Septembris diem sex amplius ho-
 ras exhibet, ut proinde 1^a. Tūsri Neome-
 nia in nonum Septembris, atque adeò
 æquinoctiū vernū in 25^{am}. Martij verge-
 re videatur, palmam in hac lite concedo
 Turriano nostro, concludoque 25^a. Mar-
 tij æquinoctium signari anno Christiano
 35°. qui vulgaris est 34^{us}. Vnde ulterius
 ajo, non solum Dionysium Exiguum,
 sed vetustissimos quoisque Patres annos
 Christianos non à Nato, uti hodie pleri-
 que, hoc est Kal. Ianuarijs, natalem do-
 minicum consequentibus, sed ab ipso
 Incarnato Verbo censuisse. Atqui dum
 his pro Cæsareensi concilio dissero, no-
 va difficultas dissoluenda oritur; videli-
 cet anno 417°, cum litera Dominicalis

vetus esset G, cyclus Solis 6. lunæ, 19. pa-
 scha rite esse celebratum Aprilis die 22^a.
 vt pote miraculo confirmatum. Idem
 est de anno 444°. literis dominicalibus
 BA, cyclo Solis 5. lunæ 8. die Aprilis 23^a.
 idem omnino de anno 455°. cyclo Solis
 16. lunæ 19. litera B. die 24. Aprilis: nam
 stylus novus anno 417. Dominicalem
 habet A, pascha 23^a. an. 444. C B, diem 24.
 an. 455. C, pascha 25^a. Aprilis. Vetus igitur
 stylus verus est. Respondeo 1°. anno 417.
 Aprilis 22^a. anno 444. 23^a. anno 455. 24^a.
 quæstionem esse de paschate Ecclesiasti-
 co, quando Ecclesia post nonā paschales
 inchoat cæremonias, olim maximè, ubi
 consuetis lectionibus nocte sacra discussis cum
 presbyter secundum morem baptizandi ho-
 ram requireret, ait Paschasinus, consecrati
 baptizari consuevissent. Atque hoc Sab-
 batum sanctum 22^a. Aprilis rite celebra-
 tum esse, docet idem Paschasinus dum
 ait, illa nocte, quæ luce sciebat in dominicam,
 decimo die Kal. Maij fons sacer repletus est,
 id est 22^a. atque adeo Sabbato quo bapti-
 zabantur Catechumeni, non Dominico
 quo

quo baptizari ^{non} consuissent. Ergo die 22^a.
 Sabbatum fuit, ac pascha Ecclesiasticum,
 23^a. pascha forense, festumq; ipsū pascha-
 le. Vnde nocte (quæ luce sciebat in Dō^{am}.)
 diem 22^{am}. consequente, 23^{am}. verò ante-
 cedente fons repletus est. Quare non sa-
 tis consideratā computus vetus pascha
 forense diei 22^a. malè appendit. Neque
 etiam Leo Pontifex , Cyrillus & Pascha-
 sinus Episcopi neglecto primario, hoc
 est paschate Ecclesiastico, quando solen-
 nissimæ cæremoniæ sunt peragendæ, de
 secundario, ac forensi disputatione, quod
 hoc ex illo pendeat. Idem est de annis
 444°. 455°. Simili phrasī in simili causa
 vtitur Cassiodorus Var. lect^m. l. 8. epist.
 33^a. nam cum die sacrata noctis precem ad ba-
 ptismatis fontem ceperit sacerdos effundere,
 &c. Clariū adhuc in eadem materia de
 alio fonte Greg: Turon: de glor: Mar: l. 1.
 c. 24°. Die autem tertio (quod est Sabbati)
 conuenientibus ad baptizandum populis, &c.
 ubi omnia tria miracula Sabbato adscri-
 buntur. Imò per noctem illam Ecclesia-
 sticam diem Sabbati intelligi manifeste

colligitur ex cerei benedictione, hæc est nox, in qua primum patres nostros, &c. Hec igitur nox est, quæ peccatorum tenbras, &c. hæc nox est, quæ hodie per universum mundum, &c. Hæc nox est, in qua destructis. Hæc nox est, de qua scriptum est, &c. O vere beata nox, &c. Item collectâ, Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c. quæ omnia die Sabbati peraguntur..

Respondeo 2º. neque potuisse celebrari pascha forense 22^a. ergo in 23^{am}. differendum erat. Certum enim est, atque ab omnibus receptum 1º. lunares menses esse 29. & 30. dierum alternis vicibus; primum 29. secundū 30. hos plenos, illos cauos appellari: 2º. annos lunares alios communes, embolimæos alios; communes item duplices, plenos & cauos, vti etiam embolismicos: cauos quidem embolismicos dierum 383. plenos 384. 3º. annum 417. fuisse embolimæum, vti constat ex Paschafino, aureumque numerum 19. Dies igitur annus ille continuit 383. eiusque mensis ultimus dies

29. uti docet Clavius l. 2. contra Mæstlinum c. 5. tab. 1^a. Cum igitur de mense integro disceptaretur inter Occidentales & Orientales, ut poste anno embolimæo, mense integro discrepare illos oportuit, quod accidere non potuit, nisi Occidentales pascha Ecclesiasticum 24^a. forense 25^a. Martij, Orientales Ecclesiasticum 22^a. forense 23^a. Aprilis celebrarent; secus, utriusque in eundem mensem, illi in principium, in finem isti mensis impegissent. Respondeo 3^o. quomodo potuit miraculo isto confirmari vetus, quem etiamnum quidam usurpant, computus, seu Bedæ, seu ipsius Dionysij, cum is primùm anno 531^o. sit usurpatus, miraculum autem contigerit anno 417^o? Respondeo 4^o. miraculo illo confirmatum est id tolùm, quod solum & vnicum fuit in quaestione; nempe, utrum annus 417. communis esset an embolimæus; quo mense, pascha celebrandum foret. Inde corum enim videbatur nimiumque remotum Occidentalibus ab xi. Kal. Aprilis

Ies in x. Kal. Maias pascha coniicere ; rationabile cōtra Orientalibus secundūm lunæ cursum in 22^{am}. ac 23^{am}. Aprilis traiicere, quod etiam miraculo definitum est. Vnde totam hanc controversiam ita claudit Paschasinus. *Evidenter ergo miraculo claruit Occidentalium partium fuisse errorēm.* Quod autem computi veteris ac novi vnius diei differentiam attinet, ea hic in quæstionem non venit , cum eo saeculo stylus novus institutus necdum esset. Si quis nihilominus defendat computum veterem , experiamur an is tam accuratus sit, quam quis autem, eumque ad primum Christianum pascha velut Lydium lapidem examinemus. Primum autem necessarium est, vt ex Ecclesiæ, Synodi Cæsareensis, sanctorumque Patrum mente intra xi. & viii. Kal. Apriles totius hujus primi paschatis acta statuamus, alioquin passim ac sine fructu cum Heterodoxis vagabimur. Deinde lunâ xv^a. passum, 17^a. resurrexisse cum tota venerabili antiquitate supponamus, idque computo veteri solo indagamus;

gemus, id est cyclo solis, literâ, seu charactere Dominicali, & aureo numero, cuius officio lunationes olim, paschaleque plenilunium anquirebatur. Quapropter epactas, lunationum in stylo novo characteristicas, ne stylus novus veteri confundatur, tantisper seponeamus. Ad hæc ipsa omnia necessaria fit tabula numerorum aureorum in Kalendario Christiano primitùs dispositorum, qua dispositione semper vsa est Ecclesia, usque ad annum 1582^m. ait Clavius, neque aliter disponi potuisse docet id est Clavius. Anni demum octo capiēdi, de quibus cōtrovertitur, quo eorum Christus passus: à vulgari nempe 28°. usque in 35^m. Nam fuisse veteres, qui sub Geminis, atq; 29°. anno Christum passum arbitrati sint, publicitùs constat. Anno igitur 28°. cyclus solis fuit 9. Dominicalis DC, atque ex ijs C paschalis; aureus numerus 10. novilunium pridie idus Martias, plenilunium 8. Kal. Apriles. Ergo Christus passus est Dominico, surrexit Martis die, Martij penultimâ non 25^a. Rursum, anno,

29^o. cyclus solis fuit 10. lunæ 11. Dominicalis B, novilunium paschale 1111. non Apriles, plenilunium xv1. Kal. Majas; ergo CHRISTVS passus est die Sabbati, surrexit xiv. Kal. Majas, die lunæ, Aprilis octava decima, non 25^a. Martij. Tertiūm, anno 30^{mo}. cyclus solis fuit 11. lunæ 12. Dominicalis A, novilunium xi. Kalend. Apriles, plenilunium nonis Aprilibus. Ergo Christus passus est die Mercurij, surrexit die Veneris, 7^a. Aprilis non 25^a. Martij. Quartūm, anno 31^o. cyclus solis fuit 12. lunæ 13. Dominicalis G, novilunium v^o. idus Martias, plenilunium viii^o. Kal. Apriles. Ergo CHRISTVS passus est die dominico, surrexit die Martis, 25^a. Martij. Quintūm, anno 32^o. cyclus solis fuit 13. lunæ 14. Dominicalis E, vna ex duabus, novilunium 111. Kal. Apriles, idibus Aprilibus plenilunium. Ergo Christus passus est Dominico, surrexit Martis die, 15^a. Aprilis, non 25. Martij. Sextūm año 33^o. cyclus solis fuit 14. lunæ 15. Dominicalis D, novilunium xiv. Kal. Apriles, plenilunium iv, non. Apriles. Ergo

Ergo Christus passus die Jovis surrexit,
 Sabbato, non 1^{a} . Sabbati, 4^{a} . Aprilis non.
 25^{a} . Martij. Dices multos ab inito Aprile,
 veluti Buntingum, Caluisium etcæteros
 Christum passum statuere. Respōdeo vbi
 mihi probārint se melius nosse, quando
 Christus passus sit, quām Synodus Cæsa-
 reensis tot Episcoporum, qui Christi sæ-
 culo proximi vixere accuratius me de
 paschate deliberaturum. Septimūm, an-
 no 34° . cyclus solis fuit 15 . lunæ 16 . Do-
 minicalis C, nouilunium $VIII$. idus Mar-
 tias, plenilunium XI . Kalend. Apriles. Er-
 go Christus passus est Lunæ, surrexit
 Mercurij die, 24^{a} . non 25^{a} . Martij. Vlti-
 mūm, anno 35 . Cyclus solis fuit 16 . lunæ
 17 . Dominicalis B, novilunium VI . Kal.
 Apriles, plenilunium 14 . idus Apriles.
 Ergo Christus passus dominica, surrexit
 die Martis, 12 . Aprilis non 25^{a} . Martij.
 Quocirca cum stylus vetus nec primum
 quidem Christianum exhibeat pascha,
 erroneus est, minimeque idoneus ad pa-
 schata designanda. Quod autem quidam
 hodie usurpare velint anno 34° . literam.

dominicalem veterem C, ac nihilominus lunam per epactam novi styli, non aureum numerum, veterem lunarum indicem, indagare, disparata penitus coniugant. Esto enim anno Christi 34^o. litera dominicalis C, epacta 22. luna 15^{ta}. x. Kal. Apriles, 17^{ta}. octavo earundem, ergo Christus passus est Martis, resurrexit Jovis die. Quod si annum assumant 31^m. literam veterem G, epactam 19. tum novilunium fuit 4. idus Martias, plenilunium 7. Kal. Apriles, & Christus passus est die lūæ, resurrexit die Mercurij; nisi dicas Christum anticipasse, cœnasseq; luna 11^{ta}. passum 11^{ta}. ergo surrexit 14^{ta}. contra veteres, qui lunam xvii^{ta}. assignant Christi anastasi. Deinde gratis, atque non nisi erroneâ Chronographiâ confignis hanc anteventionem, Judæis id æui tam sollicitè in pascha inquirentibus. Quin insignitè injurius es diuo Areopagitæ, quasi regulas Philippi Aridæi perperam administrarit, male contemplatus sit cœli orbes, lunam 11^{ta}. pro xv^{ta}. hoc est gibbam.

bam fere pro integra observarit, deprehenderit; ac demum ad diametrum, eandem rediisse falso bis asserverit; cum

Si motum medium spectemus et propè ultra diametrū profecta sit; et gradibus igitur aberrauit S. Dionys. etiā observatione instituta, ac Philippi Aridæi regulis assumptis. Triduum profecto tute exeras, quicunq; tantæ auctoritatis doctrinæq; viro tam grave sphæma adscribis, testi præsertim oculato. Ut concludam ajo, si quis cōputus prodigiosa illa Sabbato sancto inundatione confirmatus est, novus confirmatus est, non vetus, quod die Aprilis 223. ille Dominicam, hic sursum productus Sabbathum exhibeat, quemadmodum miraculum requirit. Sed ut ad conclusionem ulterius probandam reuertar, est hæc ergo sententia Concilij Palæstini, est eadem sententia Venerabilis Bedæ de ratione temporum, c. 45. Est deniq; communis contra paucos (siquidem) astronomos, qui ex-

commemoratis diebus nullo invento plenilunio ad oppositionem Aprilem confugisse dicuntur. Probatur: eodem die & mense figura præcessit, g°. & figuratum successit: aliás enim in autumnum pascha reijcere, aut in Januario antici-
passe Judæis licuisset. 2°. datur his diebus pleniluniū, ut inferiùs docebitur, ergo nō est causa cur in Aprilē, alioūe referamus.

Dico tertio C H R I S T U S cœnavit lunā decima quarta, passus est decima quinta. Est traditio Ecclesiæ, & sententia communis. Ac in primis Augustini, Hieronymi, Euthymij, Theophilacti, &c. Est Roberti Cardinalis Bellarmini de 7. ver-
bis l. 2. c. I. nam Sol deficere solet in nouilunio, quando inter solem & terram media inueni-
tur luna, quod in morte Christi fieri non po-
tuit cum luna non esset conjuncta cum sole,
quod fit in nouilunio, sed opposita soli, quod fit
in plenilunio: erat enim tunc pascha Judæo-
rum, quod secundum legem fieri incipie-
bat decimaquartā die mensis primi. Est Al-
phonsi Salmeronis: lunā enim decima
quartā Christum vltimum cœnasse sup-
ponit

ponit vélut minime dubium. Vnde t. 10.
 tr. 42. ad primum respondet, prorsus has
 tenebras fuisse supra naturam; & ratio facile
 conspicitur, & manu contrectatur: nam cum
 IESVS sit crucifixus in decima quinta luna,
 sive in plenilunio, sequitur quod sole existente
 supra verticem cæli in meridie, sive horâ sex-
 tâ luna erat in opposito puncto solis sub terra.
 S. Hieronymus in c. 27. Matth. tomo 9. ita
 ait. Qui scripserunt contra Euangelia, suspi-
 cantur deliquum solis, quod certis statutisq;
 temporibus accidere solet, discipulos Christi
 ob imperitiam super resurrectione domini in-
 terpretatos, cum defectus solis nunquam nisi
 in ortu lunæ fieri soleat. Nulli autem dubium
 est, paschæ tempore lunam fuisse plenissimam.
 In ortu lunæ, intellige novilunio, tum
 enim Lunæ iterum lumen, quod perdi-
 didisse visâ fuerat, redit, dum è solaribus
 radijs emergit. Accedit Orosius, Corne-
 lius Iansenius, Baradius tom. 4. l. 7. c. 20.
 Maldonatus in c. 27. Matthæi. Demum
 Adamus Tanner Astrologiæ sacræ. Sol
 prodigiosa eclipsi cum alioqui plenilunium
 esset, mortem sui auctoris luxit. Probatur, fi-
 guratum

guratum debuit implere figuram, vnicc
 in hoc sacrosancto mysterio, siquidem
 venit non soluere legem, sed adimplere, &
 quidem secundum omnem justitiam quæ dicta
 est de eo. Qua de causa divus Petrus etiam
 gladium comparare jussus. Confirmatur
 ex Salmerone 10.9. tr. 4. **C H R I S T V S** enim
I E S V S legis obseruantissimus semper inver-
 nitur, & nihil unquam contra legis præscri-
 ptum egisse tradit Chrysost: in Matth. Quare
 non opus erat quod à legis mandato de pascha
 celebrando quarta decimâ lunâ ad decimam
 tertiam declinaret; sive quod minus est ratio-
 ni consonum, ad duodecimam. Quarta deci-
 ma itaque lunâ, ne legem, cuius auctor
 fuerat, violaret, pascha cum discipulis
 egit. Et incredibile fit, Deum permisisse,
 ut Iudæi eo anno errarent in celebrando
 phase, quo summum omnium myste-
 rium erat peragendum, die, quem tot
 faculis antea figurâ præscripsérat. Erra-
 verint igitur Iudæi, ut quidam volunt,
 antea, postea, &c. hic illos errare non est
 passus; liquet ab effectu. Nam ut omittam
 Phlegontis testimonium ex Eusebio
 & Ori-

& Origene adversus Celsum, & Epicu-
 rum, asserentis, quarto anno ducentesima &
 secundæ olympiadis magnam & excellentem
 inter omnes, quæ ante a acciderant, defectio-
 nem solis factam, diem horâ sexta ita intene-
 brosam noctem versus fuisse, ut stellæ in
 cælo visæ sint: qui annus idem est cum an-
 no primo olympiadis ducentesimæ ter-
 tiæ, id est anno Juliano partim septuage-
 simo octauo, partim septuagesimo nono
 Servatoris C H R I S T I passione illustri,
 si nempe olympiadas, uno anno tardius,
 ut multi censeas: nam de variâ olympia-
 dum epocha adi Jacobum Salianum,
 caterosque Chronologos: atque ita Phle-
 gontis testimonium anno Christi 34°. ad
 scribit Onuphrius in l. II^m. Fastorum.
 Hinc Lucianus Martyr apud Rufinum.
 l. 9. c. 6. Solem vobis ipsum horum produco te-
 stem, qui cum hæc fieri per impios videret in
 terris, lumen suum meridie abscondit in cælis.
 Perquirite in annalibus vestris, & inve-
 nietis temporibus Pilati C H R I S T O patiente
 fugato sole interruptum tenebris diem: pro-
 batur 2°. irrefragabiliter ex S. Dionysio

Areopagita, CHRISTO synchro:is
 ad divum Polycarpum epist. 7^a. ita scri-
 bit. Eramus enim unde ambo, (Dionysius &
 Apollophanes,) et si ab amnis ad Heliopolim,
 amboque simul incidentem mirabiliter soli lu-
 ne globum notabamus (neque enim eiusce
 conjunctionis tunc aderat tempus) ipsamque
 rursum ab hora nona ad vesperam ad solis
 diametrum supra naturae vires restitutam.
 In memoriam autem illius revoca etiam
 aliud quoddam: nempe enim, ut ipse etiam
 (Apollophanes) non ignorat, eam lunæ inci-
 dentiam ab oriente cepisse, et usque ad solaris
 corporis finem peruenisse, ac tum resilisse no-
 tauimus; neque vero eadem ex parte, ut asso-
 let, et incidentia illa, et repurgatio facta est,
 sed ex adverso diametri. Idem ipse divus
 Areopagita ad Apollophanem ipsum
 rem ita persequitur. Heliopoli tu mihi
 quidem penè coævus, et ego quinque et vi-
 ginti ferè annorum tempus exoluens unius
 morantes constiteramus, cum feriâ quadam
 sexta, et horâ etiam penè sexta, Sol horribili-
 bus subito est obsitus tenebris lunâ ipsum
 intercurrente - - - offusi enim tene-
 bris

bris ipsi eramus, erbem solis unde quaques,
 & ex quo occupante caligine. Et postquam
 repurgatio, & restitutio facta est, luna ad so-
 lis diametrum conversa aufugit. Et tunc
 quoque regulam Philippi Aridaei assumpsi-
 mus, cumque reperissimus, quod & erat no-
 tissimum, eo tempore solem eclipsis molestias
 minimè perpeti debuisse, ac nihilominus lu-
 nam ab oriente solarem splendorem pullis, ni-
 grantibusq; velis obduxisse, cum soleat ex oc-
 cidia parte ingredi. Tunc autem opifces
 lucis thesauros, caliginibus, quas ipsa genuer-
 rat, ad occiduos usque solis fines pervagata,
 (ut ipsi putauimus) occultauit, cum tamen &
 lunæ id tempus deesset, nec coitus vicinum
 tempus esse cognosceretur. Exactius postre-
 ma apud Balthasarem Cordier, Petrus
 Halloix. Cum totus orbis tetra tenebrarum
 caligine uniformiter obductus fuisset, ac jam
 repurgari solis globus, & renitescere occepis-
 set, tum assumptâ Philippi Aridaei regula,
 & contemplatis cœli orbibus deprehendimus,
 &c. Solem in meridie negat, qui hæc ac-
 curatè consignata negat, hac fronte o-
 mnia negaturus. Vbi vnicè nota, tempus
 inter-

interlunij minimè fuisse , quod non competit nisi ipsissimo plenilunio, diametrum solis bis inculcari , vsum esse regulis Aridæi, contemplatum cœli orbis deprehendisse, id est, quæ cœlitus obseruasset, calculo subjecisse, vidisseque, &c. neque cum brutis solūm cœlos inspexisse. Quin ad majus veritatis argumentum ita Apollophanem alloquitur. Tuq; Apollophanes refelle, si potes, qui tunc præsens unā tecum adfui , & simul aspexi, & obseruaui omnia cum admiratione, &c. obseruaui ait, nempe regulis Philippi Aridæi (seu illæ fuerint instrumentum aliquod parallatticum, seu aliæ ex quadrâte Astronomico constructæ regulæ obseruatoriæ) contemplatus cœli orbis, &c. Pro obseruaui habet Salmeron tract. 42. to. 9°. dijudicauit omnia; quasi non sufficerit obseruasse, sed etiam, ut erat ad tantum ostentum dignissimum, calculo subjecerit solis ac lunæmotus. Concludit Astronomus Dionysius, & obseruata in tabulas refert. Denique verò annotatum diligenter feriæ diem & annum, annuntiationem,

tionem, quam sacer Paulus nostris attentis
 auribus infudit, consentientibus signis conspi-
 rare & concordare expertus, manus veritatis
 submisi, & falsitatis nexibus sum absolutus.
 Accedit S. Maximus in epistolam 7^{am}.
 scholiaстes, & paraphrastes Pachymera,
 qui docent lunam fuisse τεσσαρεσδεκα
 τριαντα, id est decimam quartam, exactam
 intellige, cum jam quinta decima la-
 beretur (prorsus uti nos horam duodeci-
 mam esse dicimus labente prima) diuide
 enim 177. grad. quibus luna medio motu
 à sole aberat, per lunarem diurnum, &
 quotum sortieris lunam decimam quar-
 tam; quod superest, pertinet ad decimam
 quintam: & alias consuetum est veteri-
 bus lunam decimam quartam appellare
 non nisi exactam, teste Claudio l. 2. c. 6.
 contra Mæstlinum, ex Beda, Campano,
 Theophilo Alexandrino, Cyrillo, &c.

Probatur 3^o. ex S. Augustino epist.
 ad Hesychium. Quando nos vidimus solem
 sic obscuratum, quemadmodum obscuratus
 est, cum lumen mundi penderet in ligno? nisi
 forte defectus solis & lunæ, quos consueve-
 runt

runt computatores siderum annotare, atque
prædicere, inter cœlestia prodigia numerabi-
mus, quia lunam sæpius in sua plenitudine,
solem verò rariùs, sed tamen vidimus in fine
lunæ, secundum eorum computum defecisse.
Non erat talis solis ille defectus, quando cru-
cifixus est Christus, & ideo verè mirabilis
erat, & prodigious. Pascha quippe fuerat Iu-
deorum, quod non nisi in plenitudine lunæ ce-
lebratur. Secundum astrologorum autem nu-
meros certum est, solem, quando luna plena
est, non posse deficere, sed quando finis est lu-
na; non quidem semper, sed aliter nunquam,
cum secundum illos numeros deficit. Quid
ergo tale unquam quisquam meminit appa-
ruisse de cælo, ex quo Dominus illa produxit,
quale apparuit, quando passus est? Probatur
4°. ex S. Ambros. ad Episcopos per Æmi-
liam. Et celebravit (CHRISTVS intelli-
ge) pascha hebdomade in qua fuit decima,
quarta luna feriâ quinta. Denique ipsa die
pascha cum discipulis manducauit, sequenti
autem die, hoc est sexta feriâ, crucifixus est,
lunâ decima quintâ; Sabbato quoque magna
illo sexta decima fuit, ac per hoc decima septi-

ma lunâ resurrexit à mortuis. Quin idem
 S. Doctor paulò post. Sed & proposita lectio
 docet literam non consecrandam: sic enim ha-
 bes, & facies pascha Domino Deo tuo, quar-
 to decimo die mensis primi: diem pro lunâ di-
 cit, unde peritissimi quoque secundum legem,
 lunari cursu computant mensem, &c. denique
 μήνην lunam vocant Græci, unde μήν & Græ-
 ci dicunt mensem, & naturalis usus nationum
 exterarum lunam pro diebus appellat. Pro-
 batur 5°. Ex Theophilo Alexandrino ad
 Theodosium Imp: Quod & Salvator no-
 ster decima quarta quidem est traditus lunâ,
 hoc est 5^a. post Sabbathum, decima quinta autē
 crucifixus, &c. Probatur 6°. ex Venerabili
 Beda l. de ratione temp. c. 45°. Nam quod
 Dominus decima quinta lunâ, feria sexta
 crucem ascenderit, nulli licet dubitare Catho-
 lico, ne legi pariter & Euangelio videatur
 incredulus. Videant hic, quid reponant,
 qui nescio qua lunâ Christum crucifi-
 xum ex Josepho, Velleio, Suetonio, Dio-
 ne, annis Herodianis, cyclis erroneis, ex
 quibus ab ipsa fere Christi in cœlos pro-
 fectione tricosimæ in Ecclesia Dei or-

tæ cōtrouersiæ usq; hodie indecisæ per-
 severant, alijsq; Gentilibus narratis du-
 cito argumento, coguntur admittere: co-
 guntur autem omnes, quotquot reliquo
 Dionysio Exiguo, aliam quam Diony-
 sianam æram amplectuntur. Probatur
 7°. ex Clavio contra Scaligerum. Miror
 hoc Scaligero excidisse, in quo manifestus er-
 ror deprehenditur. Nam si Christus crucifi-
 xus est ipso plenilunio (ut testatur Dionysius
 Areopagita, & constat inter omnes,) hoc est
 xv°. qui conuenit, &c. Probatur vltimò
 conclusio ex sacris literis, posito quod
 Christus teste Chrysostomo fuerit legis
 obseruantissimus, non venerit soluere
 legem, sed adimplere teste Euangelio,
 legem inquam à se conditam; quanto
 enim exemplo aliud egisset? Dixit quoque
 Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægy-
 pti. Mensis iste vobis principium mensum
 primus erit in mensibus anni. Loquimini ad
 uniuersum cætum filiorum Israel, & dicite
 eis, decima die mensis hujus tollat unusquisque
 agnum per familias & domos suas - - -
 & seruabitis eum usq; ad decimam quartam
 diem

diem mensis hujus, immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine ejus, & ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assasigni, et azymos panes cum lactucis agrestibus. - - - - Habebitis autem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis : in die primo non erit fermentum in domibus vestris : quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel - - Dies prima erit sancta atque solennis. (Hinc collige, cum primus azymorum esset sanctus & solennis, ut Pharisei Veneris die possent contra Christum instituere actionem, pascha Veneris non Jovis vespere edisse, ac Sabbato primum azymorum celebrasse,) & dies septima eadem festivitate venerabilis - - Primo mense quarta decima die mensis ad vesperam comedetis azyma usque ad diem viceimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Quid hac lege expressius? quis il-

Iam, nisi Phariseus transgrediatur? Sed
 aīs, diem intelligit decimam quartam,
 non lunam decimam quartam. Contra,
luna testis in cælo fidelis Ps. 88. Luna in omnibus
in tempore suo, ostensio TEMPORIS
& signum æui: à luna signum DIEI FESTI,
luminare quod minuitur in consummatione:
MENSIS SECUNDVM NOMEN EIVS, Ecclesiastici 43. Confirmatur assertio ex Josepho & auctoribus
 aliis citatis, qui per diem decimam
 quartam intelligunt lunam decimam
 quartam & contra. Confirmatur deinde
 ex tacita ipsorum metu Chronologorum
 assueratione, dum eorum rari negant
 lunam requiri decimam quintam, nul-
 lis vero in æra Dionysiana passo Chri-
 sto plenilunium inueniri: qui autem non
 negat, ubi causa postulat, fatetur. Et qui-
 dam (cuius memoria sit in benedictione)
 ore tenus mihi annos ante prope viginti
 septem, verum esse, reperi plenilunium in
 anno Dionysiano trigesimo quarto, &c. Sed
 aīs, hæc omnia explicari posse de lunâ
 XIV^a. & XV^a. ciuili, hoc est de luna 10^a. aut

11^a. 20^a. aut 21^a. (nam lunam ciuilem
 utrinque librare licet, vt ea lunam xiv^{am}
 & xv^{am}. veram quandoque præcedat,
 quandoq; sequatur) non verò de luna
 xiv^a. & xv^a. propriè dicta. Contra, hæc
 responsio est violenta , quia eneruat te-
 stimonia SS. PP. in proprio sensu , vt
 nempe per lunam xiv. & xv. dicamus
 illos intellexisse lunam 10^{am}. aut 20^{am}.
 qui largus distinguendi modus multa
 pessum dabit testimonia. 2º. quia turbat
 historiam & tempora : admissa enim
 lunâ ciuili , de octiduo , & amplius certi
 non erimus. 3º. quia invehit multitu-
 dinem sententiarum, atque adeo verita-
 tem , quæ vna est , distrahit : per distin-
 ctionem hanc enim , alius capiet lunam
 10^{am}. alius 20^{am}. alius annum Christi 31^m.
 alius 36^m. &c. 4º. quia hæc luna ciuilis
 nullius sancti Patris testimonio nititur.
 5º. quia ab ipsismet auctoribus affertur,
 nunquam probatur Judæos vsos luna
 ciuili adeò largiter acceptâ, idque an-
 semper, an interdum tantum , & quando
 aut quoties ? si semper , vnde constat ? si

interdum, turbat certitudinem. 6°. Quia
ipsosmet inter se Chronologos commit-
tit, dum ab anno Juliano 74°. usque ad
79^m. quivis pro sententiæ suæ incolumi-
tate lunam ciuilem sibi fabricat. 7°. quia
est omnino, arbitraria : cum enim vide-
ret lunam XIV^{am}. in anno suo non repe-
riri, eamq; scopulum esse sententiæ suæ,
ut sententiam salvarent, lunam XIV^{am}.
propriè dictam eliserunt, & ciuilem, id
est arbitrariam, substituerunt. His de-
causis testimonia SS. PP. cum nullum
habeant absurdum, in proprio sensu ac-
cipienda sunt, & per lunam XIV^{am}. XIV^a.
non X^a. per XV.^{am}. XV^a. non XX^a. intel-
ligenda. Cæterum non possum hic non
interserere, quale quale gratitudinis
anathema Divo Dionysio. Igitur.

Gratias meritissimas

debemus,

habemus

T I B I

Areopagitæ Dionysio,

Graciæ Sapienti,

Discipu-

Discipulo Paulino,
Doctori Theodidae,
Martyri purpurato,
Astronomorum
magno Patrono,

quod accuratissimis observatis, lunâ decimâ quintâ diem crucifixi DEI posteris ritè consignaris. Cui proinde Chronotaxes, cyclos, mathemata jure submittant

Historici,
Chronographi,
Astronomi,
Sera, grata
posteritas.

Et quia non solùm nostro hoc sæculo, nihil jucundum, nisi novum, sed etiam antiquitùs verum,

volupe est,
Si quis novum aliquod inventum excogitarit,
omnibus patefacere, egoq; haec tenus vetera
semper proposuerim; Christi videlicet
nati, passiq; annum ab Tritauis vsq;, ipso
que Dionysio Exiguo accersitum; duas
invenio de resurgentis CHRISTI die
sententias: primam Communem, eam-

que inter cæteros S. Augustini inclyti Ecclesiæ Doctoris, qua C H R I S T V S nocte Sabbatum Judaicum consequenter sub auroram; alteram, qua dies naturales duos totos posterius, ideoque nocte secundam Sabbati consequente creditur revixisse, uti pridem docuit Alcuinus, & Foro Semproniensis apud Corn: à Lapide in Matth. c. 12^m. ergo - - -

Dico ego quartò, Christus surrexit Martij quidem 25^a. sed nocte primam Sabbati, seu Martij 25^{am}. consequenter, non antecedente. Probatur hæc conclusio primùm auctoritate Ecclesiæ Catholicae, quæ anno CHRISTI vulgari 34^o. A Dominicalem signat, atque ita festum fori stylo novo constituit Martij 26^a. ergo nocte 25^{am}. consequenter Christus ad vivos rediit. Hanc autem noctem, diem 25^{am}. Martij consequentem, ad ipsam 25^{am}. Martij juxta sacras literas pertinere, cumque ipsa diem naturalem vnum constituere, manifestum est Genesios 1^o. fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona, & divisit lucem à te-

à tenebris, appellauitq; lucem diē, & tenebras
 noctē, factumq; est vespere & mane dies unus;
 ubi tenebras consequentes ad lucem spe-
 ciant antecedentem, cum qua, vt dixi,
 diem unam constituunt naturalem. Pro-
 batur 2º. auctoritate Divi Matthæi c. 12.
 Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus
 diebus & tribus noctibus, sic erit filius homi-
 nis in corde terræ tribus diebus & tribus no-
 ctibus. Vbi nulla sententia alia propriis ad
 literam tres dies ac noctes exhibet, atque
 hæc, quæ asserit Christum Dominum,
 surrexisse nocte 25^{am}. Martij conseqüen-
 te: quod opiniones reliquæ, Communis
 quidem varijs ac minus necessarijs di-
 stinctionibus opus habeat, ac post allatas
 distinctiones omnes reipsa diem unam
 solam integrum, ac parum quiddam
 amplius, quam sesquinoctem, frusta
 verius dierum & noctium, quam tres
 dies ac noctes in medium afferat: Foro
 Semproniensis verò, quod Christus 23º.
 sit sepultus, quartum diem exhibeat, imo
 quintum, si diem à nocte media ordia-
 mur.

mur. Probatur 3°. auctoritate itidem S.
 Matthæi c. 28. *Vespere autem Sabbati:*
quæ lucefecit in 1^a. Sabbati: atqui vespere
 Sabbathum consequens non est vespere
 diei, quæ lucefecit in 1^a. Sabbati, sed est
 vespere ipsius Sabbati, uti constat Gen. 1^o.
 ergo de sequente 1^{am}. Sabbati vespere
 intelligendus est Matthæus. Hic itaque
 Euangelistæ sensus est; vespere diei, quæ
 dies lucefecit, siue est in 1^a. Sabbati, siue
 vespere primam Sabbati consequente,
 hoc est ipso 1^a. Sabbati vespere profectæ
 sunt mulieres, &c. nam saepius eas, idque
 vespere & manè profectas censet Hiero-
 nymus & Ambrosius; Nyssenus autem,
 oratione de resurrectione quater, 1^o. qui-
 dem vespere Sabbati Mariam Magdale-
 nam & alteram Mariam, Matth. 28^o. se-
 cundò Magdalenam, cum adhuc tene-
 bræ essent, Joan. 20. Tertiò Mariam Ja-
 cobi & Salome valde mane Marc. 16.
 valde diluculo Luc. 23. ac tandem orto
 etiam Sole Mar. 16. probabileque est of-
 ficium hoc inter se partitas, ne omnes
 simul ac semper à Iudæis viderentur.

Probatur 4º. auctoritate S. Marcii, qui, vt
 ait Cornelius à Lapide, interpres est Di-
 vi Matthæi, is c. 16. rem ordine præ cæ-
 teris magis distincto ita narrat. *Et cum*,
transisset Sabbatum, Maria Magdalena, &
Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata
& unguenta, ut vngarent J E S U M, & valde
manè vnâ Sabbatorum, &c. Vnde manife-
 stè constat, quod non nisi post elapsum
 Sabbatum, hoc est primâ Sabbati aroma-
 ta, balsamaque comparârint; de die vti-
 que, cum homines passim negotiarentur;
 ac primùm sub vesperum diei, tum etiā
 manè postea profectæ sint *videre sepul-*
chrum; an, & quanto milite teneretur.,
 quæ spes foret accedendi, &c. vt vel illo
 adhuc vespere, vel postridie securæ vnu-
 gerent, agerent. Et profectò incredibile
 sit religiosas ac Iudæas fæminas aut pri-
 mo, adultoue jam Sabbati magni, omni
 religione colendi, vespere, aut etiam se-
 cundo statim Sabbatum illud solenne,
 importunè soluisse. Lapidâssent illas ci-
 tius, opinor, Pharisæi, &c. quām id per-
 misissent, maximè in causa Christi. Adde
 Gol-

Golgotham sesquiquadrante horario
 Solymis removeri, ipsumq; itinerarium
 intervallum inter tot itus ac redditus am-
 plius tempus requirere, quam quis velit;
 fæminas honestas, cum omni festinatio-
 ne, decorum seruasse, &c. Verbo, in vul-
 gari, antiquaque sententia nimium,
 quantum violenta sunt omnia, propter
 personas, tempus, locum, actiones, reli-
 quaque plurimas circumstantias. Pro-
 batur 5°. etiamnum auctoritate S. Mat-
 thæi cap. 26. *Possim destruere templum*
DEI, & post triduum reædificare illud, item
 c. 27. Altera autem die, quæ est post para-
 sceuen, convenerunt principes Sacerdotum
 & Pharisei ad Pilatum, &c. hoc est, non
 primâ, sed alterâ, secundaque post exa-
 tum parasceues diem: ita enim & natu-
 ralius, & verius ad literam explicatur
 textus Euangelicus. Ipsa quoque id ratio
 secum fert: ut enim scelestissimos in-
 Christum, asseras Phariseos, legis ta-
 men aliquantum saltem obseruantes,
 Sabbato magno quieuisse, concedas: erat
 enim magnus dies ille Sabbati Ioan. 19. pro-
 pter

pter duplex, ut alibi dixi, fesum. Ad-
dunt astuti Supplices, jube ergo custodiri
sepulchrum usque in diem tertiam: ab eo vi-
delicet, quo peterent, die, vltra diem,
quo surrectum se asseruit, ut minus
de fraude furtoe solliciti existerent.
Alias gratis peterent in diem usque so-
lum tertium, cum post tres dies surre-
ctum dixissent. Cautè sanè: nam ita in
3^{am}. usque Sabbati, atque vltra suspectæ
resurrectionis terminum vigilias impe-
trarunt. Nec frustra; signa quippe mor-
tem consecuta, Apostoli, mulieres, ami-
ci, sermones hominum varij sollicitos
reddiderant.

Probatur 6º. ex Symbolo fidei, *tertia*
die resurrexit à mortuis; quod longè me-
lius ad literam hic exponitur, quam ulli-
bi alias: ita siquidem Christus ab hora
tertia diei Veneris *surrexit* diei labentis
tertiae hora circiter 14^a. Quapropter Lu-
cas, cùm ait, & reuertentes paraverunt aro-
mata & unguenta, & Sabbato quidem silue-
runt secundum mandatum, ex Marco per-
anticipationem, Scripturæ sapientius con-
suetam,

suetam , explicandus. Hoc est Sabbato
illo, vesperi inchoante , siluerunt , ac pri-
mâ Sabbathi parauerunt,&c. Probatur 7º.
auctoritate Concilij Palæstini , quod
Christum ab viiº.Kalend. Apriles resur-
rexisse asseuerat, diem cum Ecclesia à me-
dia nocte ordiendo. Dices , computa-
tione ista tua Christus resurrexit die Lu-
næ, non Dominica, cœnauit feriâ 4ª. nō
quinta , Mercurij, non Jovis die, in cru-
cem auctus feriâ 5ª. non sexta, die Jovis
non Veneris, quæ sunt absurdâ. Respon-
deo esse Doctores Catholicos qui velint
Christum anticipasse cœnam vltimam,
sed id nihil ad me. Quare respondeo se-
cundò negando sequelam : Christus
enīm cœnauit 22ª. non feriâ 5ª. aut Iovis;
crucifixus est 23ª. non Veneris die: quod
tunc Iovis, Veneris, cæterique ejusmodi
Ethnici dies Ethnicis fuerint vñiales,
non Iudeis, non Christo, non Christianis;
qui dudum postmodum expunctis
nefarijs nominibus ferias substituerunt.
Deinde, vnde constat 22ª. fuisse Iovis,
23ª. Veneris, 24ª. Saturni, eundemque
Sabbati

Sabbati Judaici diem? nisi quia nos posteri 24^a. Martij Sabbato Iudaico Saturni diem appendimus, non connexu naturali aliquo, quo denominationes Hebreæ Gentilium denominationibus necessario congruant: neque enim video, cur Judæis Sabbathum agentibus, Romani Saturni feriam celebrârint semper ac necessario; cùm illi anno lunari, sùs deque vago; hi solari stabilitati vterentur; non inquam connexu naturali aliquo, sed nostro placito bono, quod immutari potest eodem, quo institutum est senatus consulto. Itaque factum est ab Ecclesia, quæ cùm pascha chori celebret Martij 25^a. pascha fori agit 26^a. vnde feriae posteræ reliquæ deducuntur. Quocirca 25^a. Martij, prima Sabbati, velut terminus inter Ecclesiam ac Synagogam nullo alio titulo, præterquam 1^a. Sabbati consignatur; ab hac verò denominationes reliquæ in dies vtrinque proximos rursum prorsum distributæ sunt ab Ecclesia, vt dies primam Sabbati antecedens sit Sabbathum ante hoc feria vi. seu

dies Veneris, &c. dies autem 1^{am}. Sabba-
ti consequens Dominica, tum feria
2^a. &c.

Dies Mensis

22	23	24	25	26	27	28
----	----	----	----	----	----	----

Literæ feriarum,

D	E	F	G	A	B	C
---	---	---	---	---	---	---

Denominationes Romanæ

¶	♀	h		○	⌚	♂
---	---	---	--	---	---	---

Denominationes Judaicæ

v	vi	Sabba tum	i	ii	iii	iv
---	----	--------------	---	----	-----	----

Denominationes Christianorum,

v	vi	vii		Dnica fer. i.	ii	iii
---	----	-----	--	------------------	----	-----

At quo hoc jure? eo minimum, quo quisque familias pater disponit in domo sua.
Et si Divus Petrus omnem potestatem accepit in Ecclesiam, crediderim etiam minimam istam illi concessam, vnde primitus statim recessimus à luna xiv^a. Quanquam nihil opus in retam exigua jure

jure tam basso, cùm Ethnici quoque
 non solum de diebus, sed mensibus, &
 annis disposuerint, majore licetia, quām
 in hac causa Ecclesia Catholica. Interim
 si ista mea tibi non arridet Philosophia.
 Chronologica, Gliteram dominicalem
 assigna, per me licet, atque adeò quæ-
 stionem istam tibi in problema cape.
 Ajo 5°. Christus passus est anno Juliano
 labente septuagesimo nono, Tiberij, si à
 Kalendis Januarijs ordinaris, currente
 vigesimo, juxta vulgarem annorum Ti-
 berij calculum, quicquid veterum aliqui
 de anno Tiberiano octauo decimo asse-
 uerent, cū fuerint itidem veteres, qui an-
 no Tiberiano decimo sexto, ætatis trige-
 simo primo passum, trigesimo secundo,
 &c. imò post quadragesimum crucifixū
 contenderent; sint etiam, qui passionem
 Christi ab anno ejus 31. id est prædicari
 septæ gratiæ, ordiantur, &c. Vide Al-
 phonsum Salmeronem to. I. prolego
 38°. num°. 8. post initium, vbi pro his
 opinionibus citat Julium Africanum,

Tertullianum, Clementem Alexandri-
num, Apollinarem Laodicenum, Ire-
næum, Epiphanium, &c. Priusquam
hanc probem conclusim erit fortè qui mi-
retur, quo ausu recedam ab anno Tibe-
riano 18°? cum eo multi Veteres Chri-
stum passum asseuerârint. Respondeo
annum 18^m Tiberianum D^eO passo con-
signatum communī quodam vulgariq;
veterum persuasu, non exacto, atque
hodie, calculo: quod crederent veteres
mense Januario anni Tiberiani 15ⁱ. ine-
untis Christum baptizatum tres po-
stea solum annos docuisse, piè magis
quām scrupulosè tempus determinan-
do. Nunc autem post toties motam hanc
controversiam accuratiūs à Chronolo-
gis differitur. Neque mirum, cū Veteres
ipſi plurimam dederint controuer-
tendi occasi^m. præsertim qui Christum
vno anno docuisse ac 31°. &c. crucifixum
esse tradi iere; hodieque non desint gra-
ves Auctores Christum Servatorem 25^a.
Martij in crucem aQum docentes, argu-
men-

mento, eo die B. Latronis festum ab Ecclesia celebrari. Quanquam non intelligunt hac ratione se Dominicalem B statuere, stylumque veterem juxta ac novum euertere, immo contra Palæstinum. Conciliū agere, ex cuius mente Christus passus est ab xi. ad viii. Kal. Apriles, non à ix. ad vi. Kal. nam si 25^a. crucifixus est, gº. 9. Kalend. cœnauit vi. Kal resurrexit. Quod si ergo Veteribus & Neotericis tam libere passim licet opinari, nihil animaduersus dignum est, Christo patienti annum Tiberianum assignare labentem 20^{mum}.

Festum S. Latronis agitur 25^a quod eadem cum Christo revixerit: nam multa corpora SS^m. qui dormierant, surrexerunt, &c. Probatur conclusio primum auctoritate Ecclesiæ, & omnium æram vulgarem usurpantium, tenetque re ipsa hanc sententiam Salmeron to. i. proleg 38. assertione 11. docendo Christum Dominum passum esse anno trigesimo tertio nativitate sua expleto, cum tribus mē-

sibus, sed is idem docet natum Christum anno Iuliano quadragesimo quinto, ut postea videbimus, quam etiam multis confirmat, ceterasque impugnat. Quanquam posito Christum natum anno Iuliano quadragesimo quinto, passum ætatis anno trigesimo quarto, minus consequenter afferit baptizatum anno Tiberij decimo quinto, ætatis completo trigesimo, passum anno Tiberij decimo octauo. Eandem cum Salmerone de anno ætatis 34°, docet Robertus Cardinalis Bellarminus, Chronologæ. sua parte 1^a. ad finem. Et quidem sub Tiberio passum Dominum manifestum est ex Cornelij Taciti, in quo licet in Christianos testimonio; ubi enim percensuisset ortum Romæ ab hominum memoria inuisum incendium forte an dolo Principis incertum: videbatur enim condenda urbis novæ & cognomento suo appellandæ gloriam querere. Quam vrbis inflammationem cum à se amoliri Nero conaretur, & in Christianos innocentés derivare, impius Auctor hæc scribit. Aba-
lenda

lendo rumori Nero subdidit reos, & quæstissimis pœnis affecit, quos per flagitia inuisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nōminis Christus, qui Tiberio imperante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaque in præsens exitiabilis superstitione rursus erumpet, non modò per Iudeam originem eius mali, sed per urbem etiam. Igitur primò correptis qui fatebantur (neimpe se esse Christianos) deinde indicio eorū multitudo ingens, haud per inde in criminis incendij, quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi. Atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis vrerentnr: Hortos suos spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat. Vnde quanquam adversus sonentes, & nouissima exempla meritos, miserationiebatur, tanquam non utilitate publica, sed in sauitiam unius absumerentur. Ita de Christo & Christianis Tacitus, etiam in Judæos parum æquus. Petet hic obiter aliquis, vnde tantum odium Ethnicis in

primos Christianos ? respondeo vnde
 hodie Hæreticis in Catholicos ? Ethnici
 assueti, (vt vno verbo omnia sceleras
 comprehendam,) vitæ licentiæ, non po-
 terant videre Christianos justos, pios,
 humiles, castos, sanctos : vtque malam
 causam facile tuerentur, impingebant
 Christianis, esse Atheos, nullos Deos co-
 lere, &c. conuenticula agere nefaria,
 per omnia genera libidinosa, convivia
 celebrare Thyestæa (ita interpretabantur
 conventus in cryptis, locisque subterra-
 neis ob metum Imp., coactos ad missa-
 rum, sermonumque in festis solennia.)
 Hinc non jure sed intemperijs populari-
 bus agebatur in Christianos apud tribu-
 nalia, ac passim; vide Iustinum Marty-
 rem Philosophum, & apud eundem,
 Athenagoram pro Christianis eximiè
 perorantem. Antequam conclusionem,
 positam ultimo probem, libet nucleus
 difficultatis huius Chronologicæ ex Al-
 phonso Salmerone repetere, vt omnes
 intelligent quantum Chronologicæ op-
 tuletur Astronomia. Ita ergo Salmeron
 proleg. 38°. In

In tanta igitur sententiarum varietate
necessum est, ut anno quarto CCII. Olympia-
dis, & XXXIII. anno etatis sue currente
Christus passus sit die Veneris, XXV. primi
mensis: quod ex Tabulis Ioannis Lucidi, ac
calculis Pauli Forosempionensis intelligi po-
test. Et quoniam, ut Onuphrius obseruauit, ex
Magni Dionysij Tabula, nunquam ab anno
primo Christi usque ad quadragesimum in-
veniri potest Luna decima quinta in mense
Martio, octavo Kalend. Aprilis, in diem Vene-
ris incidere: ideo huius rei obscuritas occasio-
nem dedit multis errandi, ut Paulo Forosem-
proniensti, qui Christum anno XXXVI. vi-
tae sue, XXXX. die Martij scripsit extinctum,
ut Ioanni Lucido, qui XXXIII. anno, die III.
Aprilis Dominum defunctum tradit.

Cum igitur in omnibus Christi annis sit
haec dubitatio Luna: tutius videtur cum
Phlegonte, Romana Ecclesia, atque doctissi-
mis Patribus sentire, Christum mortuum
anno XXXIV. etatis sue per tres menses e-
lapso. Contradiccio autem, quod Luna XV.
illo anno, XXXIII. die Martij, in feriam ter-
tiam, & non feriam sextam inciderit, tolli

potest ex antiquis Hebreorum traditionibus,
 apud quos mensis initium haud erat statim
 ab ipso novilunio, verum ab ipsis Luna cor-
 nicularis apparitione: idcirkò in eorum scri-
 ptis legimus, veteres Iudeos consueuisse, ho-
 mines tempore nouilunij mittere super altissi-
 mos montes, quò eis nova lunæ aspectum signi-
 ficarent, ut mensium initia auspicari possent.
 Eo ergo anno ex Astronomicis obseruationibus
 nouilunium primi mensis fuit circa Solis oc-
 cubitū nona die Martij, quare xv^a. Luna fuit
 23. eiusdem Martij. Prima autem Lunæ appa-
 ritio fuit circiter per duos, vel tres dies, uno
 diei quadrante deducto, ita ut ex majorum
 traditione Iudei mensē inchoauerint unde-
 cima, vel duodecima die mensis Martij: quare
 decima quinta dies mensis extitit 25. vel 26.
 Martij, quo die Luna quidem 18. erat inchoa-
 ta vespere præcedenti, isq; dies fuit feria sex-
 ta diei Veneris. Et sic omnia consonant. Vel
 dicendum est, quòd, ut Albertus Magnus su-
 per Epistolam Dionysij ad Polycarpum osten-
 dit, anno 34. vitæ Christi labente in 25. Martij
 incidit quinta decima Luna, & dies Veneris:
 propterea qui aliter per nouas tabulas compu-
 tant,


tant, valde falluntur, quia non sunt ipsorum tabulae in omnibus certae, & verae. Nam Ptolemaeus correxit superiores aliorum tabulas; Alphraganus illas Ptolemaei: Alphonsus Rex Castellae, eas quas Alphraganus condiderat. Neque facilè est ab Ecclesiæ sensu redire ob unius, vel alterius computationem. Et hæc quidem de hac assertione, & toto Prolegomeno: in quo si veritatem ipsam minus assecuti sumus, ob rei, qua de agitur, probabilitatem, at saltem solidiora alijs, ac vero propria cogitandi, & meditandi occasionem, ansamq; præbuimus. Ex quibus intelligis opinor, quantum reliquis antecellat Salmeron in hac quæstione, solumque illi Astronomum defuisse, qui olim recta opinantem, ne fluctuaret, confirmasset: nam si quis accurato calculo docuisse die Martij 23^a. lunam accensam 15^{tam}. totus in hanc sententiam, alias totus bonus abiuisset. Cū igitur solidiora, veroq; propinquiora cogitandi & meditandi occasionem, ansamque Nepotibus præbuerit,

Probatur conclusio euidenter. Illo

lo solo, annorumque, de quibus con-
 troverti potest, vnicō, vigesima secundā
 Martij illuxit luna xiv. & vigesima ter-
 tiā eiusdem luna decima quinta, ergo
 hoc, nulloque alio anno passus est Chri-
 stus'. Antecedens probatur: nam, ut o-
 mittamus Epocham ab Nabonassare us-
 que accersitam, ab omnibus omnino
 Chronographis annus Julianus septua-
 gesimus nonus pariatur anno Dionysia-
 no, seu vulgaris æræ trigesimo quarto.
Quocirca assūmo primūm triginta tres
 annos completos Dionysianos, dies
 itidem à meridie Kalendarum Ianuaria-
 rum ad vndecimum Kalendas Apriles
 anni communis completos octoginta,
 minus horis tribus, ob differentiam me-
 ridianorum, vt euadat tempus vniuer-
 sim collectum annorum Julianorum tri-
 ginta trium completorum, dierum se-
 ptuaginta nouem, horarum viginti &
 viii. Cæteras æquationes hic persequi
 non est animus, neque pretium operæ
 in re Chronotattica. Ad quod anomia-
 lia-

lia æquinoctiorum est -	Sig.	gr.	pr.	sec.
- - - - -	o	21	39	28
positaq; semidiametro circelli æquatorij 2160, quarum radius eccentrici Solis 100000. prostaphis. subtrah.			26	12
Anomalia obliquitatis	Sig.	gr.	pr.	sec.
- - - - -	o	3	59	20
Prostaphærcsis auferenda - -			37	
liquidem librationis semidiameter			320	
quarum itidem radius solaris eccentrici 100000. obliquitas igitur			23	51
Motus Solis medius	11	27	20	28.
Quod si tam linearum quam motuum quantitates arbitrario assumptas caussa- ris, cœlum appello, ad cuius tribunal ju- stiora tu, si habes, affer mathemata. Cùm porro tam ante Christum annis 140. cir- citer, ab Hipparcho, quam totidem post a Ptolemæo eadem eccentricitas, 4166. vi- delicet, inuenta sit, liquidissimè colligi- tur, maximam ætate C H R I S T I exitisse 4216. Nec sine mysterio, ut quo sæculo lucentissimus iste mun- di				

di oculus Sol per eccentrotē maximam à terris, Sol justitiæ DEI filius per crucem in terris vltra omnes solium conuolutiones exaltaretur. Neque hic mihi suæ eccentricitatis pragmatiam quanquam accuratam, minus tamen in causa ista necessariam obtrudant Neoterici, quorum alij contra experientiam constantem esse jubent, ad solarium tabularum suarum perennitatē contestandam, alij in diametro librāt, alij centrum circello circūagunt, atq; ex E solares æstimat prostaphæreses. Si cum primis dicas librari illud in DF diametro, atque adeo AC esse veram eccentrotē, contra hypothesisin agis posteriorum, quibus cum AD per apogæum medium īcedat, AE per verū ibit, atq; adeo eccentricitas vera erit AE non AC, gratis alias corrigetur AD medium apogæum per DAG prostaphæresin, vnde solarium æquationum differentia manat, angulus CHE, qui in priore circelli parte minuit prostaphæreses, auget in posteriore. Sed hæ sunt lites solum Astronomicæ



micæ nullo Chronologiæ damno. Ut ut sit, assumpta nunc eccentricitate Christo synchrona 4216. apogæoque, quod Ptolemæus pluribus obseruatis tempore longiori distantibus destitutus fixum putauit, nunc autem sedes mutare constat, apogæo inquam A K constituto in

Sig. gr. pr. sec.

2 5 46 54

motuque centri - - 0 3 59 20
datur primùm prostaphæresis apogæi,
CAE, qua ab apogæo medio subducta
verum erit in - - 2 5 26 89
datur deinde AE. Quocirca per anomaliam Solis angulo AEH contentam,

3 21 54 9

radium EH, & AE emergit AHE
prostaphæresis solis addenda 2 12 20
verusq; Solis ab æquinoctio medio locus

II 29 32 48

à quo si demas prostaphæresin æquinoctiorum nuper inuentam, sortieris locum solis verum ab æquinoctio vero


ad eo

<u>S</u>	<u>o</u>	<u>I</u>	<u>II</u>
11	29	6	36

ad eò ut sol id temporis 53 24
 abfuerit ab æquinoctio vero. Quod si
 ad motum solis medium proximè in-
 ventum addas motum vnius diei , nan-
 cisceris motum medium ad meridiem
 parasceues - - - - - II 28 19 36
 prostaphæresin - - - - - 2 II 19
 motum solis verum ab æquinoctio me-
 dio - - - - - 0 0 30 55
 A vero - - - - - 0 0 4 43
 Quæ si obiter in tempus resoluas, dabunt

1 11
 horam vnam 54 51, æquinoctiumque
 verum contigerit die ciuili vigesima
pr. sec.
 tertiâ, horâ matutina septima 5 9 sed
pr. sec.

Jerosolymis hora 10. 5 9 circiter, ut
 quo tempore Sol arietem ingrederetur
 motu vero, justitiæ Sol, idemque agnus
 absque macula cruentum in cruce Pa-
 tri Deo pro salute nostra sacerdos
 magnus perlitaret. Ita causâ nostri ô
Astro-



fol. 256. & 257.



REB PROJ

Astronomi, ô Chronologi in orbe terrarum Incarnata lusit Sapientia. Iam ad lunæ cursum transeamus. Ad tempus igitur superius assignatum datur mediis Lunæ à sole motus

Sig. gr. pr. sec.

- - - - -	5	15	36	4
Anomalia orbis	- - -	10	29	48 54
Æqualis latitudinis	- - -	2	27	6 13
duplum motūs lunæ à sole præstat anomaliam centri	- - -	11	1	12 8
cuius complementū est NKE, atqui iterū duplum anomaliæ centri, anomaliam libratiōis, seu reciprocationis 10 2 24 16,				
vt R.S. complementum euadat reciprocationis	- - - -	1	27	35 44,
est autē ex obseruatis plurimis, vetustissimis juxta ac recentibus, A X 13340. AK 10970. E X 4740. KN. 2370. R Q 7000. qualiu radius eccētri lunæ 100000. Ex quibus				

per analysin emergit KAN	7	18	56
NA 8966. Adde KAN, seu æqualem illi			
FNB propter YA, FN parallelas, ad			
QNF complementum anomaliæ, ut			
proueniat complementum anomaliæ			

	<u>S.</u>	<u>o.</u>	<u>pr.</u>	<u>sec.</u>
corre tæ QNB	I	7	30	2.

Verùm quia per librationem luna non
est in Q, sed P, ex anomalia librationis, &
R Q datur S L, seu P Q 3 23 17:

is subtra~~tus~~ ex QNB, dat PNB com-
plementum anomalie secundò corre~~tæ~~

- - - - I 4 6 45,

hæc demum quæsitam Lunæ prosta-
phæresin - - - * 2 4 51

addendam; quæ lunam vero motu con-
stituit in - - - 5 18 16 55

Quod si etiam ad sextæ feriæ meridiem,
ac prope mortis horam Servatoris DEI
lunares motus experiri liber, erutis supe-
riùs motibus medijs adde motum diur-
num, nasceturque medius Lunæ à Sole

	<u>Sig.</u>	<u>gr.</u>	<u>pr.</u>	<u>sec.</u>
motus	-	-	5	27 47 31
Anomalia orbis	-	-	II	12 52 48
Latitudinis	-	-	3	10 19 59
Anomalia centri	-	-	II	25 35 2
Anomalia reciprocatis.	II	21	10	44
omissisque curis reliquis, oritur prosta- phæresis addenda	-	-	I	41 46
				Ipse

Ipse autem verus lunæ à sole motus ad
 diei Veneris meridiem 5 29 29 11
 atque adeò utrumque plenilunium, me-
 dium ac verum, acciderit post æquino-
 etium; medium quidem diei vigesimæ
 tertiaræ horæ à meridie quarta $\frac{1}{20}$. verum,
 horæ 1^a. (Christo à cruce pendente) idque
 Ierosolymis. Neue me hallucinatum au-
 tumes in calculo, suffragatur Laurentius
 Eichstadius pædagogiæ Astronomicæ
 continuatæ folio 225. parte Ephemerî-
 dum alterâ, Stetini impressâ, a°. 1639, hoc
 testimonio. Sciendum etiam hic est, quod
 naturales solis eclipses diurnarum illarum,
 ac prodigiosarum tenebrarum, quarum ex-
 empla in historijs nonnunquam occurunt,
 sint dissimiles: hujusmodi enim tenebrae præter
 naturæ ordinem sunt. Scribitur Exodi c. 10.
 quod in Ægypto sub Pharaone tenebris terra
 obscurata fuerit; quippe haec ad justam De-
 iram merito referuntur. Talis prodigiosa ecli-
 psis solis etiam accidit tempore passionis Chri-
 sti, de qua apud Matthæum c. XXVII. v. 45
 Marc. 15. v. 33. qui testantur eam pendent

Sig. gr. pr. sec.

ab arbore crucis Christo per trihorium durasse, solemq; suam lucem amisisse. Nam eo tempore (sicut calculus Astronomicus , & retro computata motuum cœlestium ratio docent) plenilunium fuit, unde natura in sui Domini, & Creatoris morte , hanc pullam & atratam vestem super uniuersam terram voluit inducere, ut suum dolorem contestaretur. Suffragatur etiam Paulus Guldin elenchi Caluisiani refutati l. 4. c. 7. & ipse Calu-
 sius apud eundem l. 4. c. 10. Atq; hoc tandem est plenilunium illud paschale , quod tantas haec tenus difficultates movit; tot
 votis expetitum, nec euicatum, tot operis exquisitum, nec inventum, ab Astronomis, à Chronologis ; siquidem veræ sunt querelæ Chronologicæ passim vulgatae. Omnino viri utriusque clarissimi , anno,
 quo vos statuitis DEVM passum , plenilu-
 nium est inventum haec tenus penitus nullum, nec in posterum inueniendum,
 quia anno illo D E V M passum consigna-
 tis , cuius vigesimâ tertia Martij ple-
 nilunium in cœlo fuit nullum , nul-
 lum igitur etiam in terris , tabulis-
 que

que Astronomicis. At si ad Dionysij Exigui nos anni m. referamus, plenilunium plenissimum nanciscemur: eo namque vigesimâ tertia Martij ciuiliter acceptâ, horâ matutinâ amplius decimâ sol arietem ingressus est, horâ deinde ferè primâ sequutum est plenilunium, verum, medium autem quadrante post quartam: ut quo tempore Christus in crucem agebatur, sol arietem ingressus æquinoctium faceret, quo expirabat, luna ab ipsa vera propemodum oppositione digressa ad inusitatam mundo pergeret conjunctionem, eademque, quam maximè opponi dedebat horâ, solem orbitarum maximè adimeret, ac peracto fatali officio, horâ tertiatâ ad medianam conficiendam oppositionem revertere inciperet. Vnde meritò assumptâ regulâ Philippi Aridæi, cum postea occidente sole luna oreretur, facta obseruatione Dionysius pronuntiare potuit de eiusdem diei tam vera, quam media oppositione, ne si tabulis solis vteretur, quis caussari posset. Sed ut à cœlesti illo ad

terrestrē longē maximum , quo justitia
 Sol Christus cōtenebratus est, deliquum
 reuertamur; credibile fit , feruente odio,
 Phariseos mane summo excitos (siquē
 dem adhuc luce illâ perditum volebanū
 Saluatorem) ad prætorium constitisse
 egregios criminatores : inde res misceri,
 intercedere Pilatus, tergiuersari vndiq;
 flagellationem interponere , conatu o-
 mni frustraneo , dum labentibus horis
 fatalibus; ô infelia, nobis tamen saluta-
 ria tempora ! violenta fertur sententia,
 crux crudelibus animis innocentī pri-
 dem destinata , humeris imponitur im-
 merentibus , ac demum voto potiti in-
 Golgotha negotiosi consistunt machi-
 natores. In crucem agitur innocentia
 proteruiā insultante. Indignata tum na-
 tura , scelusque ab hominum memoria
 inauditum detestata est : terra enim pri-
 mò sensim tremere, inde altius , ex imis
 demum cardinibus commoueri; discindi
 saxa , hiare petræ , interque lamentabiles
 crucifixi voces ac lacrimas fragore com-
 pleri omnia, horripilare spectatores. ne
 tellus

tellus omnibus ima dehisceret: nam si Phlegonti apud Eusebium, & Origenem credimus - - mugire fragor, configere turres, Pronaq; vibratis radicibus oppida verti; Nicæa præsertim, vrbs Bithyna. Quin etiam ad fatalem supremumque terrorem æternæ cœlorum leges, statæque astrorum conuolitiones confundi, pallere sidera, luna horrore perculta contrario sibi motu ad fraternum solis jubar supplex accurrere, accidereque, dies noctescere, agentique Deo animam testibus meridianis tenebris funebria quoque posset modo, natura persoluere. Disertissimè hic Sedulius.

Interea horrendæ subito venere tenebræ,
 Et totum tenuere polum, mæstisq; nigrantem
 Exequis texere diem; sol nube coruscos
 Abscondens radios tetro velatus amictu
 Delituit, tristemq; repleuit luctibus orbem.
 Tota sibi oppositū fratrem quod Delia haberet,
 Cum suberat terris, super illâ in culmine mudi
 Impia perpetuam timuerunt secula noctem.

Iesus autem sciens quia venerat hora eius, ut ex hoc mundo transiret ad Patrem,

totius istius tragædiæ oculatum testem
 ac spectatorem, quò luctuosam catastro-
 phen vltimâ scenâ clauderet, dixit, con-
 summatum est. Quæ dum aguntur, Diony-
 sius Areopagita ad Heliopolim Ægypti
 cum Apollophane forte agens tantis visis
 stupefactus exclamat. O ingentis pruden-
 tie promptuarium, quid inquam, ô doctrina
 speculum Apollophanes, his secretis adscribis?
 ad quæ nescio quo pacto, diuino quodam affla-
 tu, & non humani sensûs sermone subintulit
 Apollophanes. Hæc, ô bone Dionysi, diuinorum
 vicissitudines sunt rerum. Tum Dionysius
 Suida attestante ἡ τὸ θεῖον πάσχει, ἡ τῷ πάσ-
 χονι συμπάσχει, aut diuinitas patitur, aut
 patienti compatitur. Subducere sese cepe-
 runt interea immanissimi sceleris con-
 flatores Pharisei, quâ conscientia territi,
 quâ illabentis mundi conuulsione per-
 culsi; mitiores alij peccatus conuerberare,
 Deumque nosse didicerunt. Abeuntibus
 omnibus perstat mater mæstissima cum
 dilecto discipulo, & socio mulierum co-
 mitatu, quidve agat, natumne in Sabba-
 tum pendere sinat, sollicita disquirit; vs-
 que

que dum Iosephus Arimathæus cum Nicodemus diuino consilio advenit, jamque in vesperascente cœlo, occidente sole, luna oriente, ut pote in æquinoctiali plenilunio è cruce sublatum in tumulo novo condunt. Ad quod monumentum, in in meritissimam salutis nostræ memoriam exiguum laboris nostri monimentum grati appendamus.

*Hoc post immane saxum tumulatus est
DEV S HOMO,*

Anno Juliano 79.

Olympiadis 203^a. 1°.

Vrbis conditæ 787°.

Nabonassaris 782.

Incarnationis 35. æræ vulgaris 34°.

Martij die 23.

Cyclo solis 15.

Lunæ 16.

Litera dominicali nouella A,

Obijcjes'. Venerabilis Beda asserit, i.de temp. rat^e. c.45. anno ab Incarnatione secundūm Dionysium 701°. Indiqt^e. 14^a. Romæ in Natali Domini cereis Sanctæ MARIAE inscriptum fuisse à passione

Domini nostri IESV CHRISTI anni sunt 668.
 Hoc autem esse nequit, nisi C H R I S T V^s
 passus esse statuatur anno ætatis 33°. (Ju-
 liano 78°, non 79°.) hi enim à 701. subtra-
 cti dant annos 668. Respondeo Bedam,
 sæpiuscule confundere annum Incarna-
 tionis cum anno nativitatis æræ vulga-
 ris, vti hic; nam reuera annus erat vulga-
 ris 701^{us}, vt potestum visualis. Colligitur
 id ex indictione 14. quæ æræ vulgaris an-
 no 701°. competit. Respondeo secundò
 inscriptionem illam continere annos
 Domini à passione completos, atque
 adeò ab anno ætatis C H R I S T I DEI 33°,
 exclusiue numerare, 34^m. verò ob potio-
 rem anni partem, hoc est menses novem
 à pass^e, eximere ad euitandas fractiones,
 ac numerum magis rotundum. Obijcies
 iterum ex Paulo Middburgensi, Episco-
 po Foro Sempronien^si, laterculum inter
 cætera vnum, ac sequens, apud Dionys.
 Pettanium in animadu: ad Epiphan: ex
 quo inferas, si plenilunio passus est
 DEVS HOMO, passum Martis die
 contra Palæstinum, Ecclesiam, &c. Re-
 spondeo fefelic^t Foro Semproniensem

Dominicalis vetula C, pro qua si statuisset nouellam, ac legitimam A, passionem Christi proprius vero cōsignasset. Cæterū nō omnino malè calculauit lunationem hoc laterculo Foro Sempronensis, nisi quod plenilunia, medium ac verum preposterè statuerit, cum juxta calculum meum, verum præcedat, sequatur medium, neque contra. Hanc nihilominus in re Chronologica non æstimo differentiam, quod eā diem vnum non exercetur, sufficienti Chronologis arguento; cum ijs satis fieri possit calculo etiam laxiori. Laterculum Foro Sempronensis.

Anno CHRISTI 34°. Cyclo solis
15. Lunæ 16. literâ C

Nouilu. med. Mart. 8. H. 11.	1	11
Nouilun. ver. Mart. 8. H. 19.	21.	1
Plenilu. Med. Mart. 23. H. 5.	23	11
Plenilun. ver. Mart. 23. H. 6.	59	--

Horæ censentur à meridie.

Obijcies 3°. Divus Chrysost. hom². de
Sanctis Apostolis asserit Sanctum Pau-
lum 35. annos Christo seruissse, ergo cum
conuersus sit anno Christi 35°. sexta Fe-
bruia. gladio cæsus ex communi opinio-
ne Neronis 13°. Christus passus est ante
79. Julianum. Verba Chrysost. sunt τριάδα
κοντα πέντε ἐδάλευσε μετὰ πάσης θεοθυμίας
seu μετὰ πνεύματος θεοθυμίας. Respondeo
S. Chrysostomum encomiasten hic egis-
se non Chronologum, ac numerum ro-
tundiorem, amplioremque accepisse
quam alium. Respondeo 2°. Chrysosto-
mus secutus est Chronicum Eusebij tum
recens editum, quod ponit Christum
passum anno Tiberij 18. Juliano 76.
Paulum verò Neronis anno xiv. atque
adeò non loqui ex sua, sed ætatis eius sen-
tentia. Respondeo 3°. sermonem illum
non videri Chrysostomi, sed alicuius
Rhapsodi: revera enim collectaneum
quoddam opus est laudum Paulinarum
ex operibus Chrysostomi congregatarum.
Respondeo 4°. homiliam illam Græcam
juxta

juxta ac Latinam in vulgus prodijſſe
primūm anno Christi 1580. industriā
Gerardi Voscij, non antea cum operibus
Chrysostomi; vnde rhapsodiam esse do-
cti alicuius, veterisque scriptoris jure su-
spicor. Respondeo 5°. cum Corn°. à Lapi-
de, me hactenus nihil horum in citata
Chrysostomi homilia reperisse. Sum-
mum est, quod habet interpres Voscius.
Perfecto denique octo & sexaginta annorum
vitæ cursu, quem pro pietate institutum te-
nuerat, quieuit. Vnde nihil amplius confi-
citur, quam si Neronis anno 13°. martyrio
Paulus coronatus est, ad fidem conuer-
sum annorum fuisse 35. quod ipsum du-
bium est: nam cum 33. annis Christo ser-
vierit juxta vulgarem æram, si hos tollas
ab octo & sexaginta, restabunt anni 35.
ætatis conuersi Pauli, quod esse nequit,
cum in Actis adolescens appelletur, nisi
ly adolescens violenter interpretari ve-
lis, & adolescentiam in 35. annum exten-
dere. Nihil igitur hic locus Chrysostomi
euincit contra æram vulgarem. Tandem
(ne 70. Danielis Hebdomadas subterfu-
gisse

gisse videar) solent, qui annum Domini-
 cæ passionis literis consignant, inter cæ-
 tera argumenta proferre Danielis Heb-
 domadas 70. quod mihi vix non parado-
 xum videtur; rem videlicet controuer-
 sam & ignotam per ignotiores, magis
 que controversam probare: nam in Heb-
 domadum harum Danielicarum ad an-
 nos nostros usuales certas alligationes
 plures pene sunt sententiæ, quam Aucto-
 res. Causa est, quod diuersi diuersum
 passo Christo annum consignent, ac ibi-
 dem terminent Danielis hebdomadas.
 Iterum in regibus Persarum, sub quibus
 sermo exiit de instaurando templo, mu-
 ro, vrbe, mira est dissensio; cum à Dario
 primo usque ad Ochum dubio detur
 occasio. 3°. de edicto siue sermone qui
 exiit, tantundem controuertitur: qua-
 tuor enim eiusmodi, quæ quidem huc fa-
 ciant, edicta proferuntur: primum est
 Cyri, Esdræ primo. In anno primo Cyri regis
 Persarum, ut compleretur Verbum Domini
 ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus Spi-
 rum Cyri regis Persarum, Et traduxit vocem

in omni regno suo, etiam per Scripturam dic-
 cens. Hæc dicit Cyrus Rex Persarum, omnia
 regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli,
 & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei do-
 mum in Ierusalem, quæ est in Iudea: quis est in
 vobis de uniuerso populo eius? sit Dominus Deus
 illius cum ipso, ascendat in Ierusalem, quæ est
 in Iudea, & ædificet domum Domini Dei
 Israel, ipse est Deus, qui est in Ierusalem.
 Jeremiam autem de hoc edicto, libera-
 tionéque vaticinatum, esse constat ex
 ipsomet Ieremias c. 25. Cum impleti fuerint
 70. anni, visitabo super regem Babylonis. &c.
 29. cum ceperint impleri in Babylone 70. anni,
 visitabo vos; quando nempe Cyrus Persa
 Babylonios subegit: Ac licet probabile
 sit, quod Josephus refert, placuisse Cyro,
 ante 200. annos Esaiam de se vaticina-
 tum, qui dico Cyro Pastor meus es, & omnem
 voluntatē meam complebis, qui dic Ierusalem
 ædificaberis, & templo fundaberis. Esaiæ 44°.
 Hec dicit Dominus x°. meo Cyro, cuius ap-
 prehendi de ceteram - - ego ante te ibo
 & gloriosos terræ humiliabo, ut scias quia ego
 Dominus, &c. Esa. 45. magis tamen verifi-
 mile

mille est lecto cap. 45°. tandem verum
 Deum agnouisse, confessumque, ipse est
 Deus, qui est in Ierusalem, Esdræ 1. Alterum
 decretum est de restaurando templo sub
 Dario primo, inuento Cyri decreto, Es-
 dræ 1. c. 6. Tunc Darius Rex præcepit, &
 recensuit in bibliotheca librorum, & inuen-
 tum est volumen unum, talisque scriptus erat
 in eo commentarius. Anno 1°. Cyri regis,
 Cyrus Rex decreuit, ut domus DEI ædifice-
 tur, quæ est in Ierusalem. - - Nunc
 ergo Thathanai, &c. procul recedite ab illis,
 & dimittite fieri templum, &c. Tertium
 Artaxerxis Longimani, 7°. Artaxerxis
 eiusdem anno, idque Esdræ 3°. cap. 8°. Et
 post hunc (Darium scilicet, uti habet c. 7.)
 regnante Artaxerxe Persarum rege accessit
 Esdras - - - & dedit ei rex gloriam,
 quod inuenisset gratiam in omni dignitate
 & desiderio in conspectu eius. Et ascenderunt
 simul cum ipso ex filiis Israel - - - An-
 no 7^{mo}. regnante Artaxerxe in 5°. mense,
 hic annus 7^{mus}. est regni, &c. Quartum de-
 nique, si tamen quartum est, neque cum
 tertio coincidit, sub Artaxerxe vel Lon-
 gimano

gimano, vel Mnemone anno regni 20.
 Esdræ 2°. cap. 2. Factum est autem in mense
Nisan anno vicesimo Artaxerxis regis. -
 - - & placuit ante vultum regis, & mi-
 sit me, &c. Concludit Esdras lib. 3. cap. 7.
 Et consummauerunt omnia per præceptum
 Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, &
 Darij, & Artaxerxis regis Persarum, &
 consummata est domus nostra usque ad ter-
 tiam & vicesimam diem mensis Adar, sexto
 anno Darij regis; ut vel hinc pateat decre-
 ta hæc ad Darium Nothum & Artaxer-
 xem Mnemonem non pertinere; alias
 dixisset ex consilio Cyri, Darij, Artaxer-
 xis, Darij, quatuor non trium. Si jam
 ex me quæras quo sum initium hebdo-
 madum istarum referam, in re admo-
 dum controversa nihil ausim responde-
 re: sin adhuc quo sum saltem quoquo
 tandem modo accommodari possit, vr-
 geas, tum sic diuino. Primum verba
 Danielis sunt. Scito ergo, & animaduer-
 te, ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur
 Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdo-
 mades septem & hebdomades sexaginta duæ

erunt; & rursum ædificabitur platea & muri
 in angustia temporum, & post hebdomadas
 62. occidetur Christus, & non erit eius popu-
 lis, qui eum negaturus est - - - con-
 firmabit autem pactum multis hebdomadâs
 vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia
 & sacrificium. Quæ ego sic intelligo, ab
 exitu sermonis usque ad C H R I S T U M
 hebdomades septem & sexaginta duæ, id
 est 69. Ante has, & seorsum, septem heb-
 domadas ædificabitur Ierusalem, sed in
 angustia; post sexaginta duas, id est, sexa-
 gesimâ tertiatâ, seu ab exitu sermonis se-
 ptuagesimâ (Hebraismo de quo postea)
 occidetur C H R I S T V S , & quidem
 in dimidio hebdomadæ , quando per
 sacrificium, in cruce, cruentum de-
 ficiet hostia & sacrificium vetus, ceu
 nox præsente sole, figura præsente figu-
 rato : nam quæ de sacrificio missæ in-
 cruento sub mundi finem cessaturo di-
 cuntur, ad allegoriam pertinere arbi-
 tror, non literam. Confirmabit autem
 adhuc pactum multis signis & argumen-
 tis, hebdomade vna , annis videlicet
 mor-

mortem suam consequentibus aliquot,
 quibus in Iudaea misere Apostoli: nā pri-
 mū anno 37° Petrus Antiochię cōsedit,
 Jacobus in Hispanias profectus est, diuisi
 Apostoli (quanquam diuisionem Baro-
 nius statuat anno 44°.) quo etiam Paulus
 Gentibus prædicaturus in tertium cœ-
 lum raptus est : anno 45°. Petrus cathe-
 dram Romæ fixit, & cæteris, usque dum
 rebus sensim in peius vergētibus ciuitatē
 & Sanctuarium dissipet populus cum
 duce venturo, & finis eius vastitas, post
 finem belli verò statuta desolatio urbis,
 templi, Synagogæ. Juxta Danielēm igitur
 occisus est Servator D E V S in di-
 midio hebdomadæ septuagesimæ, meo
 calculo anno Juliano septuagesimo
 nono. Ergo si hinc sursum tendas in an-
 no ante Christum vulgari 453°, Artaxer-
 xis Longimani duodecimo terminabis:
 nam hebdomades septuaginta dant an-
 nos 490. è quibus si 37. completos, vitæ
 quidem Christi 33. & labentem 34^{um}. qui
 fuit dimidium hebdomadis ultimæ, ut
 etiam annos tres eiusdem hebdomadis

reliquos abstraxeris, residuos facies 453⁵
 Longimani vti dixi, 12^m. olymp. 81^a. an-
 num 4^m. vbi Pettauius quoque ferè or-
 ditur, Dekerius autem olympiadem vnā
 anticipat. Satis esto scopum prope ve-
 rum tetigisse. Dices, atqui nullus anno
 isto sermo exiit, sed aut 7^{mo}. Longimani
 aut 20^{mo}. Ad hoc vt respondeam, dico
 Artaxerxen Longimanum duplex habe-
 re imperij sui initium; primum regnan-
 te adhuc Xerxe patre, alterum eodem
 mortuo; de hoc posteriore dubiū nullum
 esse, anterius ita probo. Thucydide teste
 hist. l. 1^o. Themistocles Athenis ostracis-
 mo exactus primū Argos, inde ad re-
 gem Admetum in Molossos, demum in
 mediterranea profectus literas dedit ad
 Artaxerxen, Xerxis filium, nuper (inquit
 Thucydides) regnare incipientem; vbi
 turpiter fallit Plutarchus, qui ait Thucy-
 dem asseuerare, Themistoclem post
 mortuum Xerxen ad Artaxerxen profu-
 gisse: solum enim asserit literas dedisse
 ad Artaxerxen regnare incipientem,
 nusquam autem hactenus mortui Xer-
 xis

xis meminit. Quare utriq; verum dicunt
 Thucydides & Lampascenus, Dinon, Cli-
 tarchus & Heraclides, &c. His igitur con-
 sentientibus teste Diodoro Siculo bi-
 blioth. l. xi. Praefecto Athenis Prixiego,
 Coss. Romæ Aulo Virginio Costo, seu
 potius Tricosto, & Cajo (Spurio plerisq;) Seruilio Strucho (malè hos Caluſius à
 Prixiego disseparat) hoc est anno ante
 Christū 4750. Xerxis 12°. V.C. 279. Olymp.
 762. altero, ad Xerxen idem Themisto-
 cles profugit; ergo Xerxe adhuc viuo re-
 gnare cepit Artaxerxes; quo verò anno?
 nuper, ante biennium, &c. Xerxis 8°. a ræ
 vulgaris, 478. Ita quippe loquimur; nuper
 non ita pridē, id est ante biduum, atq; adeò
 in añis ante biennium, &c. quādo post ma-
 le cū Græcis anno ab hinc interlapso pu-
 gnatam pugnam res Persicæ detrimentū
 acceperant. Quare ne vni sibi totū onus
 incumberet, ac securius in Græcos dein-
 ceps, si opus foret, moueret Xerxes (bre-
 ui post enim Pausaniam Spartanum
 Græciæ proditorem fecit) Artaxerxes
 filium Porphyrogenitum, nō priuatum,

necessario in regni consortium admisit.
 Neq; mirum, cùm pridem antea Legatis
 Arguiis Artaxerxen basilicè responden-
 tem inducat Herodotus in Polymnia.
 Quærunt ibi Oratores, an amicitiam, quam
 cum Xerxe contraxisset, putaret adhuc du-
 rare, an ab illo pro hostibus haberetur quibus
 Artaxerxes; imò verò maximè perdurare re-
 spondit, nullamq; sibi ciuitatem amiciorem
 putare, quām Argos, idque antequam Xer-
 xes contra Græcos proficeretur, uti ex-
 sequentibus constat. Ab hoc 478° anno
 si tollas 458°. annum regni Artaxerxis à
 mortuo patre septimum, nancisceris an-
 num 20^{mum} regni Artaxerxis Longima-
 mani viuo patre Xerxe initi, quem Neh-
 mias 20^{mum}, Esdras 7^{mum}. regni Artaxerxis
 annum nuncupauit. Proinde non mi-
 nūs vera, quām ingeniosa hæc deinceps
 videri debet sententia Cornelio à Lapide
 in Danielem. Anno igitur Artaxerxis
 7^{mo}. codemque 20^{mo}. mense Nisan Neh-
 mias Solyma cum suis profici postu-
 lauit, Esdramque paulo post subsecutus
 est: neque enim omnes omnino, & quod
 dici-

dicitur, sturnatim in viam se conjecerūt.
 Esdram mense 1^o. discessisse, 5^o. appulisse
 constat Esdræ 1.c.7. Nehemiam quoque
 mense 1^o. postulasse patet Esd. 2. cap. 2.
 quando discesserit incertum, certum au-
 tē ante mensē septimū advenisse: si qui-
 dem Esd. 2.c.8. ipse met Nehemias refert,
 præter antecedentia, Esdram mense se-
 ptimo legem prælegisse, ac postea pau-
 lūm cum Nehemia exhortatum esse, &c.
 Quod si hic Artaxerxes Longimanus, &c.
 ille est, cui præcipui Auctores Estherem
 despondent, rectè suspicer, Mardochæū
 per filiam adoptiuam rem Judaicam
 promouentem anno illo septimo Nehe-
 miā, vnaquæ Esdram consilio, auxilio-
 que juvisse, Iudæosque instaurationem
 murorum, ac vrbis prosecutos usque in
 annum regni Assueri 12^m. (Assuerus, vti
 etiam Artaxerxes, cognomen erat, nec
 distinguebatur ab alijs, nisi addito Lon-
 gimanus, Mnemon, &c. Ita Esdræ 1. c.4.
in regno autem Assueri, ipse est Artaxerxes,
 &c. post Cyrum, Cambyses appellatur,
 vti patet ex loco citato & Iosepho an-

tiqq. Iudd. I. 11^o. cap. 2. & 3^o.) quando gli-
 scens inter Amanum & Mardochæum,
 simultas in apertum incendium erupit
 Esth. c. 3. donec Amano pensili, cæsisque
 adversarijs Iudæi vindex , ac liberum
 caput extulerunt , Mardochæo secundo
 à rege constituto , ideoq; magno apud Iu-
 dæos & acceptabili, ut pote qui quæreret bona
 populo suo, & loqueretur ea, quæ ad pacem se-
 minis sui pertinerent. Esther. 10. Hic ergo
 est annus ille ab exitu sermonis , vt re-
 ædificaretur Ierusalem , non solùm vti
 haec tenus in timore & tremore, seu tem-
 poris angustia, sed coñuni populi Israe-
 litici libertate , quando cuique Iudæum
 se profiteri liberè libebat , ac licebat. Ita-
 que annus ille non solùm regij sermonis
 exitum , sed liberam omnino , omnimo-
 damque platearum & vrbis permissam,
 inque actum, vt aiunt philosophi, ex eun-
 tem instauratiōnem , verbo euentum
 prophetiæ angelicæ , seu visionis pro-
 pheticæ, effectumque constantem rega-
 lis decreti Persici complectitur , anno
 Artaxerxis Longimani 12^{mo}. ante Chri-
 stum .

sum 453°. Nam illustrem hic mihi facem
 in manus tradit Nehemias, quam si à fece
 & cacochronismo Flauiano repurgaro,
 lucebit illustrius. Testatur Nehemias
 Esd. 2. c. 2. mense Nisan anni Longimani
 20^{mi}. facultatem Ierosolymam profici-
 scendi ab rege impetratam, posteaque
 Solymam peruenisse, siquidem men-
 se 7^{mo}. Esdræ lectioni interfuit, vna-
 que populum ad latitiam exhortatus
 est Esd. 2. cap. 8. Hæc est fax Nehemiæ,
 fex autem, seu cacochronismus Josephi
 (si tamen Librarius numeros non per-
 vertit) antiqq. l. xi. c. 5. vbi ait, anno 25°.
 Xerxis (lege anno 20. Artaxerxis Esd. 2.
 c. 2. & 8.) Nehemiam Solymam venisse, &
 28°. (25°. numerum pro numero conse-
 quenter substituendo) mænia absoluisse,
 diesque octo solennes (*quando sol refulsi*,
qui prius erat in nubibus, accensus est ignis.
Mach. 2 c. 1. exegisse. Hic igitur annus est,
 quo permunita vrbe primùm securè in-
 tra mænia ædificari ceptum; quia vt ait
 Flavius, Nehemias videns non satis magnam

in urbe populi frequentiam, persuasit circum-
 quaque vicinis Sacerdotibus & Leuitis ut
 migrarent in urbem, &c. Neque objeceris
 Esd. 2. cap. 6. completus est murus 25. die
 Elul, 52. diebus: hoc enim de veris mæni-
 bus intelligi non posse, sed de antemur-
 rali demonstrat ipsa dierum paucitas;
 ipse etiam irrigor Tobias Ammonites satis
 probat antemurale solum fuisse, si ascen-
 derit vulpes, inquit, transiliat murum eorum
 lapideum. Obducta itaque muri cicatrice
 prouocatum est cor populi ad operandum,
 vti Sanaballatus ad interpediendum;
 vnde quæ postea prescribuntur in ipsif-
 sima mænium prosecutioe accide-
 runt. Et sapienter sane, atque ex legi-
 bus artis bellicæ antemurale incursibus
 opposuerunt, vt securius ædificarent.
 Fuisse autem ante hac antemurale Soly-
 mis palam est Thren. 2. luxitq; antemura-
 le & murus pariter dissipatus est. Hinc 1^o.
 solues, an hebdomades illæ 7. quibus æ-
 dificabatur Ierusalem in angustia tem-
 porum, sint inter reliquas 70. computan-
 da?

dæ? respondeo non, sed esse arcessendas
à Cyro (nam omnibus diebus Cyri regis Per-
sarum, usq; ad regnum Darij regis Persarum,
turbatum est, Esd. 1^o. c. 4.) à cuius postea
secundo anno usque ad Xerxen nihil in-
signium admodum turbelarum audi-
tum, donec iterum sub Xerxe exortæ,
Iudæorum vtique adversarijs regem
novum stimulantibus in 11^m. Artaxerxis
annum (eò usque turbante Sanaballat,
præsertim si Amanus quoque in Perside
conscius fuit) durarunt: nam quod Jose-
phus ait Xerxen beneuolum se Judæis
præstítisse, more suo facit, & quæ, vti
plures annotarunt, Artaxerxis sunt, ad-
scribit Xerxi: v.g. *Rex Regum Xerxes Esdræ sacerdoti, lectori legis Dei: quando non satis oculatè legerat* Esd. 1. cap. 7. *Artaxerxes Rex Regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cœli doctissimo salutem.* Item Esd.
3. cap. 7. *Rex e Artaxerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis Domini salutem, quæ longè melius Artaxerxi post strangulatum Amanum adscriptisset, nisi compendio-*
Xer-

Xerxen pro Artaxerxe posuerit. Accedit quòd Xerxes vltra 21^m. annum non regnarit , quomodo ergo scribit Flauius anno 25. Xerxis Nehemiam Solyma appulisse, ac 28^o. sacrificium solenne peregrisse? quæ si contigerunt , non nisi sub Artaxerxe contigerunt. Et probabile fit Xerxen bellis occupatum , 1^m. Ægyptiaco, inde Græco, vbi Athon perfodit, mare calcauit, terram nauigauit, solem telis eclipsauit, vsque in octavum prope annum parum his attendisse, Iudæos interim insigniter ab adversarijs exagitatos , aut etiam ad bellum reparandum coactos, siquidem vindictam , vsq; dum ab Artabano contrucidaretur , meditatus est. Ergo vt hebdomades septē illas, quemadmodum multi volunt, angustiarum Iudaicarum constituas, cape Cyri annos 8. Cambysis 8. Darij primi vnum, Xerxis 21. Longimani II. & annos 49. seu hebdomades 7. recte constitueris : alioquin si à passo Christo sursum censendo easdem includamus, 77. amplius confit.

ent. Solues 2°. quomodo intelligendum
 sit , post hebdomadas 62. occidetur.
 CHRISTVS, respondendo Hebraisnum
 esse, ac per hebdomadas 62. etiam 7. prius
 recensitas nempe *hebdomadas* 7. & *hebdo-*
madas 62. intelligendas , nisi contradic-
 tionem admittere velis in sacris literis.
 Imò temporis angustiæ nullum certum
 tempus præstitutum habent, vtvt 7. heb-
 domadas multi statuantur, Solues tertio
 si obijciatur, *posthunc* (Darium Esd. 3. c. 7.)
 regnante Artaxerxe Esd. 3. c. 8. Artaxerxē
 Dario non successisse, distinguendo im-
 mediatè , vel mediatè per Xerxen , aut
 etiam absolute assumptum : quia enim
 parente viuo regnauit, Dario, 1°. imme-
 diatè successisse vterque dici potest ; eò
 præsertim quòd Xerxes Iudæis parum,
 multum Artaxerxes præstiterit; vnde
 meriti magis de Iudæis , quām immeriti
 Scriptura meminit. Infinitæ sunt aliae;
 quæ hic objectantur , difficultates ; eas si
 æstimem , nihil unquam in hac causa
 conclusero. Quod si hæc tibi non pla-
 cent, alios addi; inter quos eximus est De-
 kerius noster, Philippi, &c. Sed circu-

Ium ferè priùs quadrabis, quām quic-
 quam certi, cui contradici nequeat, de-
 monstrabis: siquidem teste Cornelio à
 Lapide in Danielem, cum plures annos
 in hac controuersia vir nobilis, literatus,
 & Catholicus insumpsiisset, in amentiam
 tandem & Judaismum declinauit. Mea
 quidem opinione hebdomadum istarū
 initium ante 7^{mum}. Artaxerxis annum
 statui nullatenus potest, quod eas in paſ-
 ſo Christo terminari oportet, ante Chri-
 ſum autem terminare Judaismum
 oleat: Iudæi enim omnibus modis co-
 nantur aliò potiùs torquere, quām Chri-
 ſto accommodare. Alia est ſententia,
 quæ Patrono Caluſio hebdomadum
 Danielicarum initium dicit ab anno
 Darij Nothi ſecundo, æræ vulgaris, ex
 ante Christum, 422°. ac in 68^m. æræ vul-
 garis post Christum, quo Solyma excifa
 autumat Caluſius, definit. Itaque ſepte-
 narium hebdomadum primum, ſeu 49.
 annos, quibus edificata eſt platea & muri
 in anguſtia temporum includit 70. hebdo-
 madibus. Sed non videt ſententiæ do-
 tor

Actor Caluifius charybdin manifestam, videlicet, & post hebdomadas 62. occidetur Christus. Vnde enim has 62. hebdomadas orditur? an ab anno Darij Nothi secundo? sed indidem incipiunt hebdomadæ 70. nisi dixerit primū & secundum septenarium vnā inde permanare, quod absurdum est: ita quippe hebdomas 70^{ma}. non desinet in excidium Ierosolymis fatale. An verò ab exacto primo septenario censet easdem hebdomadas, post quas occidetur C H R I S T V S? sed tum C H R I S T V S occisus est sub excidiū vrbis, quod alterum absurdum est. Sin admissio Hebraismo, uti ex antecessis deducitur, per 62. hebdomadas intelligat elapsas jam 7. hebdomadas tum post 69. hebdomadas ab anno Darij Nothi secundo cum excisâ Solymâ C H R I S T V S occisus est, eodem etiamnum consequente absurdo. Quin imò ab anno ante Christum 422, usque ad Christum natum sunt hebdomadæ tantum 60. usque ad mortuum verò 65. non 69. contra mentem prophetæ, 69. hebdomadas usque ad

ad CHRISTVM ducem non Solymo-
rum interitum censem. Quapro-
pter male conuenit Setho cum hebdo-
madibus 62. Danielicis, vtvt 70. accom-
modarit.

Deinde nullæ temporum angu-
stiæ ab anno Darij Nothi secundo ostendit
possunt deinceps : tales præsertim,
quales ab Cyro usque Artaxerxes
Longimanum recensentur ; aut angu-
stiæ illæ plus 49. annos durarunt. 3°.
Esdræ 1°. cap. 3. plurimi de Sacerdotibus,
& Leuitis, & principes Patrum & Seniores,
qui viderant templum prius, cum funda-
tum esset, & hoc templum in oculis eorum
flebant voce magna, & multi vociferantes
in latitia eleuabant vocem. Nec poterat quis-
quam agnoscere vocem clamoris letantium,
& vocem fletus populi, &c. Vnde sic ar-
guo. Seniores isti viderunt templum
prius, antequam Nabuchodonosor
cuerteret, igitur anno ante CHRISTUM
plus minus 391°. Erant autem
id temporis annorum circiter 20. ut qui
scirent estimare templi majestatem; er-

go si templum restauratum est anno sexto Darij Nothi , ante Christum 418. fuerunt ijdem Seniores, cum plorarent, annorum 193. quod est falsum. Quare templo secundum perfectum non est anno Darij Nothi 6°. sed anno Darij Hista-spidae 6°. circiter ante Christum 514°. cum Seniores illi essent, saltem aliqui, 97^m. annorum, vel 84. à primo Artaxerxis exordio. 4°. Anno Cyri primo, aut paullum post, id est anno ante Christum plus minus 531°. cum Zorobabele & JESV ascenderet Nehemias, Areores, Elimeo, &c. Esd. 3. c. 5. Item Esd 2. c. 7. qui venerant cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias, &c. Anno Artaxerxis 32°. reuertit in Iudeam Nehemias: ait enim, *in his autem omnibus non fui in Ierusalem, quia anno 32°. Artaxerxis Regis Babylonis veni ad Regem, & in fine rogavi regem, & veni in Ierusalem.* Idcirco si anno trigesimo secundo Artaxerxis Mnemonis, anno ante Christum 373°. reuenit, erat annorum 173. sub Longimano verò 113. juxta posterius Longimani initium, juxta prius annorum centum, ad hucdum adultæ nimium ætatis: nisi di-

cas Nehemiam septennem cum Zoroba-
 bele profectum s̄epiūs rediisse, aut Ne-
 hemiam alium pro Nehemia probabili-
 ter substituas, quod Esdræ 2. cap. 3. Nehe-
 mias aliis ab Athersata Nehemia, nem-
 pe Nehemias filius Azboc assignetur.
 Quicquid sit, templum sub Dario No-
 tho restauratum non est. Hinc collige
 primò non esse verum assertum Caluisij,
 Nehemiam vixisse ad tempora Alexan-
 dri magni, ejecisseque Manassen patrue-
 lem Jadduæ (vixit is sub Alexandro) pro-
 pter Nicaso Sanaballat filiam: Joiadam
 enim filium Eliasib, quòd gener esset
 Sanaballat Horonitæ, ejecit, non Manaf-
 sen Neh. vltº. Colliges deinde, itidem
 falsum esse, Esdras intrasse cubiculum
 Joannis patris Jadduæ Esd. i.c. 10. intra-
 uit enim cubiculum Johannan filij Elia-
 sib. Non vixit igitur Esdras cum Nehe-
 mia usque ad Alexandri tempora, neque
 sub Mnemone Jerosolymam profectus
 est, vti somniat Caluisius, vide Jacobum
 Salianum anno mundi 3629. vbi ait. Qui-
 dam existimant usque ad Alexandrum ma-
 gnum peruenisse (Nehemiam puta) quod
 memi-

meminerit Pontificis, qui principis illius tempore vixerit, quod fieri nequit, nisi ei 150. aut etiam plures vita annos tribuamus. Nam si et deimus 30. vita annos, cum factus est dux provincie, nunc ageret quinquagesimum, & ferè centum ad Alexandrum usque supersunt. Dicendum videtur potius in diuersis locis posteriores Pontifices, vel Scribas suppleuisse, quæ deerant circa hujusmodi genealogias, ut pleraque ab Esdra suppleta esse communis est. sententia.

Dices; Ipse C H R I S T V s Seruator in excidio Jerosolymitano terminari docet hebdomadas Danielis, Matth. 24. cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Prophetæ, stantem in loco sancto. & Luc. 21º. cùm autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc sciote quia appropinquauit desolatio eius. Respondeo quatuor prædici à Daniele; primum, 69. hebdomadas usque ad Christum; secundum, necem Christi hebdomade 70^{ma}; tertium abominationem desolationis; quartum desolationem ipsam: duo prima expleta esse Christo

paciente, tertium in profanatione templi, 1º. per Zelotas, quod signum erat futuræ desolationis. 2º. in profanatione per Romanos illatis signis, &c. 3º. per statuam victoris Titi ibidem ab excidio collocatam, uti docet Chrysostomus, Theophilactus, Euthymius, non utique ex se, verum vetustiore traditione, licet Iosephus more suo tacuerit, ne Titum profanati templi reum ageret. Et textus Euangelicus omnino postulare videtur quiddam simile, quando *videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto*, &c. quasi dicat, tum colligite completam esse statutam desolationem à Daniele pridem denuntiatam. Etsi enim, antea desolatum fuerit templum, iterum tamen ædificatum est: quando autem *videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto*, non quocunq; loco, vt auream aquilam sub Herode, Cæsaris effigiem sub Pilato, sed in loco sancto ac præcipuo (vbi collocasse videri potest Titus Victor) id demum signum extre-
 mum putatote *desolationis statuta* (id est templi

templi nunquam deinceps restaurandi,
vsque ad *consummationem & finem perseuerantis*, juxta vaticinium Danielis, &c.

Tertia supereft sententia, quæ Danielis hebdomadas æstimat ab anno Longimani 20^{mo}. non septimo, vnde annos hos omnino distinguit. Probatur hæc opinio primùm auctoritate pluriū, Veterum juxta ac Recentium Doctorum: deinde quod nullo alio rege, nullo alio etiam Longimani anno concessum fuerit Judæis ædificare ciuitatem. *Ab exitu sermonis*, ait Scriptura, ut ædificetur Jerusalēm; & *Nehemias in memoria multi temporis*, qui erexit nobis muros eueros, & stare fecit portas & seras; qui erexit domos nostras, Eccles. 49. Respondeo 1°. si auctoritati soli Doctorum standum sit, nemini in posterum licere secus sentire. Respondeo 2°. esse etiam multos Veteres ac Neotericos, qui alijs, quam 20^{mo}. Longimani anno Danielis hebdomadas auspicentur, quos passim apud Auctores vide. Respondeo 3°. Auctores pro anno Longimani 20^{mo}. citatos omnes, non esse omnes eius

sententiæ. Ac licet Julius Africanus o-
 mnino sit huius mētis, vnaq; cū eo Theo-
 doretus, & Rupertus, Divus tamen Hie-
 ronymus non est: solummodò enim Iu-
 lium Africanum ad verbum refert in c.
 9. Dan. ac relationē ita concludit. *Hec A-
 fricanus eisdem verbis, quibus expressimus,
 locutus est.* Non est deinde Eusebij Pam-
 phili εὐαγγελικῆς διποδείξεως; quia Danielis
 hebdomadas censet (apud Hieronymū)
 primas quidem septenā ab anno primo
 Cyri, reliquas ab anno 7^{mo}. Darij. Postea
 Josepho duce, cum nec annos Pontificū
 determinet, solā annorum dubiā summā
 concludit. Neque hic sibi constat: nam
 referente D. Hieronymo aliam affert
 explanationē, videlicet: *ab anno Darij qui
 post Cynam & Cambysen filium eius regnauit
 in Persis, quando templi opera consummata
 sunt, usq; ad Herodem & Cæsarem Augustum
 numerat hebdomadas 7. & 62. que faciunt
 annos 483. quando CHRISTVS, hoc est Hirca-
 nus, novissimus Pontifex, de genere Macha-
 beorum jugulatus est, &c. Quis hic orō ni-
 tatur Eusebio? Quin tertium mutat sen-
 tentiam*

tentiam in Chronico, dum anno Longimani 17^o. ait, *Nehemias Hebreus, minister vinarius Artaxerxis regis, concedente sibi Domino suo, 20^{mo}. eius anno de Babylone venit in Iudeam, & 32^o. anno muros, urbemque restituit. Scribit Esdras opus fuisse completum sub Pontifice Ioadae filio Ioasib, cui successit Ioannes filius suus, qui temporibus Alexandri Macedonis fuit.* An hæc ita se habeant, viderint alij : nam inter annum Longimani 32^{mum}. & Alexandrum 100. anni sunt inter lapsi. Hoc scio, verum non esse anno 32^o. Longimani urbem à Nehemia restauratam, cum antecedentibus annis non fuerit Ierosolymis. In omnibus autem his non fui in Ierusalem, quia anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem, & veni in Ierusalem, &c. Pergit Eusebius ; si quis ab hoc tempore 70. hebdomadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt annos 490. reperiet eas sub Nerone expletas, sub quo ob sideri Ierusalem cepta, 2^o. postea Vespasianus anno capitur. Nihil hic examino, vide licet, utrum 70. hebdomades in excidium

Jerosolymitanum desinant à Mnemone
 (quod superius refutatum) non à Longi-
 mano inchoatæ, &c. solum ajo, cum tres
 de eadem sententias referat, nemo sibi
 Eusebium vendicare potest. Sed neque
 Beda fauet: licet enim l. 3º. expositionis
 allegoricæ in Esdram eadem scribat quæ
 Iulius Africanus, vti etiam l. de 6. ætati-
 bus mundi, atque adeò l. de temp. ratio-
 ne, ea tamen omnia incerta esse existi-
 mat, dum in hæc verba concludit. Fallun-
 tur autem qui putant Hebræos annis talibus
 (Lunaribus, secundum quos cum Iulio
 Africano hebdomadas antea computa-
 rat) usos, alioqui tota veteris instrumenti se-
 ries vacillat, nec ullius artas tanta, quanta
 scripta est, debet intelligi, sed ad lunæ cursum
 stringi. Addit deinde etiam in hoc lunari
 computo esse differentiam inter se & A-
 fricanum; quod tametsi Africanus & ipse
 Beda ab eodem omnino anno ducant
 hebdomadas Danielis lunares, Africanus
 in 15º. Tiberiano, ipse in 17º. vel potius
 18º. consistat. Sed neque Soarius & Sal-
 meron condicunt Africano, siquidem
 heb-

hebdomadas has solares, non lunares
versimilius arbitrantur. Soli igitur re-
stant Iulius Africanus, Theodoretus, Ru-
pertus, cum paucis fortè Neotericis, qui
tamen ipsi principe argumento suo nihil
conficiunt, quod annus Longimani 7^{us}.
idem sit, qui 20^{mas}. atque ideo uno eo-
demque ciuitas restaurari cepta. Minus
adhuc autem altero à lunari cursu du-
cto: falluntur, ait Beda, qui putant Hebraeos
annis talibus usos, alioqui tota veteris in-
strumenti series vacillat: licet enim Iudæi
sint usi mensibus lunaribus in anno sacro
& cæremoniali, eosdem tamen anno so-
lari alligarunt, id est profano ac ciuili, id-
que notius est, quam par probari. Et quis
non videat merum hoc esse effugium,
quod cum annum 7^m. cum 20^{mo}. non
possent componere, ac 20^{num}. quo Soly-
ma ædificari cepta, nihilominus ample-
terentur, nec solares anni pro ijs spon-
derent, contra consuetudinem sacrarum
litterarum ad annos lunares inusitatos,
ut pote 12. solū mensiū cōfugisse. Quod
si hæc lunarium annorū ratio est Danieli

vſurpata, ergo etiam in 70. captiuitatis annis. Quapropter pro 70, 71. annus, 5. menses, cum diuidio censendi; nam ut

Anni	Mens.	Anni	Mens.
------	-------	------	-------

4 ad 1 ita 70 ad 17 $\frac{2}{4}$ seu $\frac{1}{2}$ contra effatum Prophetæ, qui cum 70. solares annos hic vſurpet eosdem etiam in 70. hebdomadibus vſurpare judicandus est. Taceo Iulium Africanum annum passo Deo xv^m. Tiberianum assignare, minimeque fauere ijs, qui Christum crucifixum, docent anno Tiberiano 18°. 19°. &c. Supponit autem Africanus tanquam certum & infallibile, quod incertum est maximè, ac fallibile, Iudæos captiuos Babylonios, anno ante Christum plus minus 555°. quando visionem istam habuit Daniel, vſos octoateride, Athenis postmodum primùm inuentâ à Cleostato, anno ante Christum 534°. quæ si anno etiam 5550. inventa fuisset, in Babyloniam perniciter adeo penetrare neutram potuisset. Adde Iulium Africanum calculum suum fundasse super Canonc Hippolyti, necdum nimiâ eius contra-

traktione deprēhensâ, ait Ægid. Bucherî⁹
 in Hippolyti canonē. Vnde super ruino-
 sis his fundamentis tota calculi Africani
 moles ruit in hebdomadibus Danielicis.
 Probabilius conje~~c~~tasset, si Babylonico
 aliquo, Persicōue anno Judæos eo sæculo
 vfos docuisset. Posito verò etiam, at mi-
 nimè concessō Iudæos Babylonios luna-
 ri anno Græco, quocunque tandem, pe-
 riodeque trieteride, tetraeteride, octoaa-
 teride, enneadecaeteride, &c. vfos, ex ta-
 men omnes solarium annorum ambitu
 conterminatæ sunt, neque vñquam ad
 actorum publicorum consignationem,
 solas adhibitas testis est periodus Calip-
 pica in obseruatis Astronomicis usurpa-
 ta, ad solares semper annos alligata. Sed
 ne in octoateride, in qua nititur Africa-
 nus, annisque embolymæis tricemur,
 primū statuo inter Longimani 20^m. &
 Tiberij 15^m. annos solares completos in-
 tercedere 473. (ac minus etiam, si annum
 Tiberianum quintum decimum, vt potè
 inchoatum, excludam) non ut perperam
 Africanus 475. Quare cum annus solaris,

me-

medius inter extimos, sit 365. d. s. h. 50.

11

46, lunaris verò ex communi sententia

354. d. 8. h. 48. 38. dierum, 10.

1 11

h. 20. 2. 8. differentiâ ; ergo v^o
solar. ann^o D H 1 11 A
1. ad 10. 20. 2. 8. ita 473. ad An-

1 11

nos 14. d. 14. h. 20. 49. 4. qui juncti 473.
annis præstabunt annos lunares 487.

1 11

d. 14. h. 49. 4. non 490. nisi annum passi
CHRISTI assumas Tiberianum 18^m. tum
enim anni lunares consurgunt 490. d.

1 11

47. h. 8. 55. 28. Quod si anni 8. tres exhibent embolymæos, uti vult Africanus,
vsque ad quintum decimum Tiberianum
oriuntur anni lunares 487. m. 9. vsque ad
18^m. autem Tiberianum anni 490. men-
ses 10. & semis : Quocirca verisimilius
egisset, siquidem annos lunares usurpare
voluit Africanus, si annum Tiberianum
18^m.

18^m. Christo passo adscriptis sit. Verum, ut dixi, haec lunarium annorum ratio nullo nititur fundamento, praeterquam ingeniosâ accommodatione: nullū enim à memoria hominum 12. solum mensiū lunari anno usum invenio. Nequid festinanter, inquis, nota pridem est periodus Chaldaica lunaris, apud Astronomum, Ptolemæum passim, ubi menses Judaici Macedonicis pariantur. Omnia, sed illa ipsa annis solaribus illigatur: nam ab Augusto ac 7bri. mense usquā recedit. Imò cepit eadem primitus anno ante Christum 311. quando jam Daniel 70. hebdomadas pridem designārat. Igitur totus hic Africani calculus in uetusitate Meda, Chaldæa, Babylonica, Persica, Græcaque epocha ne illum habet fundamentum.

Ajo 6^o. Christus natus est anno Iuliano quadragesimo quinto, cyclo solis 9. Lunæ 1. Literis Dionysianis stylo novo B A, veteri, D C. Est haec sententia eorum, qui docent Christum natum anno Iuliano 43^o. si duo, Onuphrij, si unum par consulum loco suo restituat, uti constat

stat ex Dionysio Pettauio in animaduer-
 sis Epiphanianis, Joannis Deckerij, quod
 penes me est, manuscripto: Setho Caluisio
 Isagog: cap. 47. tum enim non solùm
 ante trecentesimum vulgarem, sed à Na-
 tali Christi statim in consulibus cum æra
 vulgari vtrique concordabunt. Ac de-
 alijs jam aliás dictum est; Onuphrius au-
 tem anno vulgari 277. Aurelium Pro-
 bum & Anicium Paulinum ex ordina-
 rijs consulibus suffectos fecit. Est eadem
 sententia Roberti Cardinalis Bellarmini;
 is enim Chronologiæ suæ parte 1^a. docet
 Octauianum cum Triumviris imperasse
 annis 12. solum annis 44. atque adeò vni-
 uersim annis 56. vti habet parte altera.
 Docet deinde eadem 2. p. Christum na-
 tum anno Augusti 42°. Quare si ab anno
 Juliano 59. quo Augustus Nolæ deuixit,
 años sursum numeres, año Augusti 42^{us},
 cadet in 45^m. Julianū, quo Christum orbi
 natū regete arbitratur Bellarmin⁹. Est hac
 eadem sententia consectorium conclu^{sionem},
 antecedentium, est S. Romanæ Ecclesie,
 est omnium stylum novum, & coīunem
 hodie

hodie æram usurpantium: sumorum
 Pontificum, Augustissimorum Impera-
 torum, Regum, Principum, Rerumpu-
 blicarum, omnium. Est hæc ipsissima
 sententia Alphonsi Salmeronis to. i. pro-
 lego. 38.º asserte. 5^a. §º. Quartum: in ea
 parte enim, &c. & §º. Septimum: illo ipso an-
 no, &c. vnde perperam citatur pro qua-
 dragesimo quarto Juliano Christo mini-
 mè natali, quod sic probo: asserto quin-
 to disertis verbis docet Christum Do-
 minum conceptum & natum anno qua-
 dragesimo secundo Imperatoris Augu-
 sti. Paragrapho, Quartum: in ea, &c. docet
 non desumi imperium Augusti ab ea
 anni parte, qua Iulius Cæsar confectus
 est. Paragrapho Septimum: illo ipso anno &c.
 ita scribit, & hic tertius annus à Cæsare ex-
 actus est, post quem verè cepit Augusti im-
 perium, à Cæsare, intellige ab anno quo
 solus Cæsar sine collega rerum potieba-
 tur, non à nece Cæsarisi, alias contradice-
 ret sibi Salmeron: fuit autem ille Cæsa-
 ris 1^{ns}. Julianus, & ab eo exactus 3^{us}, Iulia-
 nus tertius. Ergo si hinc ordiamur Au-
 gusti

gusti imperium cum Salmerone, quadragesimus secundus annus labens terminabitur in quadragesimum sextum annum Julianum, & quadragesimus quintus labens Julianus cadet in quadragesimum secundum Augusti labentem. Ac dum ratiocinio venor mentem Salmeronis, video eundem id ipsum liquidissime docere asserto sexto istiusmodi.
Anno quadragesimo quinto Kalendarij Juliani conceptus est dominus, quod credibile est, atque per omnia vero consonum. Quid hic amplius de mente ambigam Salmeronis? subiicit deinde: & ad hoc respexit Abbas Dionysius, qui secutus est ordinem Kalendarij, qui ab initio positus erat per Cæsarem. Vnde ulterius concludo, à Salmeronis sententia nihil turbari stylum Dionysianum communemque æram malâ Pontificum Cæsareorum, ea que bis, ut quibusdam placet, erronea intercalatione. Est demum hæc eadem sententia inter ceteros Astronomos Nicolai Copernici, dum lib. 3. Revolut: c. 10. docet natum orbi CHRISTVM 194. olympiadis anno

no tertio siue enim is olympiadas nobis-
 cum censeat, siue, vti vult Henricus Phi-
 lippi q. 2. anno vno seriūs: si nobiscum
 enim, quadragesimum quintum Iulia-
 num Christo natalem facit, si seriūs,
 quadragesimum sextum, more Astrono-
 mis usitato à Kalendis Ianuarijs annum
 ordientibus'. Conclusionem, præter-
 quam ex antecedentibus inferatur ne-
 cessario, ex ipsis quoq; Historicis ita obi-
 ter probo. Teste Divo Luca descriptus est
 orbis vniuersus, eodem teste descripta
 est Iudæa sub Quirinio Syriæ præside,
 teste Suida viginti probatissimi viri lecti
 sunt ab Augusto ad vniuersum Roma-
 num orbem describendum. Ex quo vti-
 que (vnde enim alias?) libellum postea
 confecit Augustus, proferrique à morte
 Augusti ac recitari jussit Tiberius teste
 Tacito l. 1°. in eo opes publicæ continebantur,
 quantum ciuium, sociorumq; in armis esset;
 quot classes, regna, prouinciae, tributa, aut ve-
 etigalia, & necessitates, ac largitiones, que
 cuncta suâ manu scripserat Augustus. Teste
 eodem Tacito annalium l. 3. post extin-

Etum M. Lollium rector Caio datus est
 Luc. Sulpit. Quirinius. Hic, si omnia re-
 gatè æstimes, non potuit alia esse descri-
 ptio, cuius Lucas meminerit, quām hæc,
 neque anno alio, quām quadragesimo
 quinto Iuliano. Cum enim Augustus
 Suetonio teste, ne consules quidem ab
 ipso statim consulatu, sed quinquennium
 post, in prouincias dimiserit, par est cre-
 dere idem aëtū cum quindeñi Caio, ut in
 tertium minimum, &c. añum domi ado-
 lesceret, tum in Orientem missus, consul-
 que absens creatus, maiori cum dignita-
 te Orienti dominaretur. Hinc merito Ja-
 cobus Salianus non nisi post deductum
 in forum Lucium, celebrata spectacula,
 relegatam Iuliam, Caium anno quadra-
 gesimo quarto Iuliano. in Orientem ex-
 peditum docet: priùs tamen obitis alijs
 ad sedandum prouincijs, ait Paternulus,
 hisque peragrat in Syriam ipsam pro-
 fectum, Tiberio in Chio juxta Dionem,
 Samo juxta Suetonium conuento; inde-
 que in Orientem moto exercitu Phraaten
 terruisse, ac tum demum in Iudeam ap-
 pu-

pulisse : quod non nisi exacto quadragesimo quarto potuit accidisse, aut si antea, certe sub finem anni quadragesimi quarti, atque adeò descriptionem in sequentem annum, tum quòd labens exiret, tum ne primo statim aduentu rem tantam moliretur, apud gentem alioqui turbulentam, conjectam. Quòd autem Caius ante quadragesimum quartum annum Iulianum, celebrata spectacula, relegatam Julianam, &c. Româ non sit dismissus, constat ex Paterculo ad M. Vinitium Consulem anno Juliano septuagesimo quinto ita scribente. At in urbe eo ipso anno, quo magnificentissimi gladiatorijs munieris, naumachiaeque spectaculis divus Augustus ab hinc annos triginta, se, & Gallo Caninio Consulibus dedicato Martis templo animos, oculosque populi Romani repleuerat, sed adictu memoriaque horrenda in ipsius domo tempestas erupit, &c. - - Breue ab hoc intercesserat spatium, cum Caius Cæsar ante alijs Provincijs ad sedandum obitis in Syriam missus, conuento prius Tiberio Nerone, &c. cum Rege Parthorum juuene in excelsissima

insula, quam amnis Euphrates, &c. Rectissi-
 mè; nam inter quadragesimum quartum
 & septuagesimum quintum triginta
 omnino anni integri censentur. Quadra-
 gesimo quarto igitur spectacula habita,
 relegata Iulia, expeditus in Syros Caus:
 ut enim verbis Velleianis vtar, *breue ab*
hoc intercesserat spatium. Adversus aucto-
 ritatem hanc Velleianam non immeritò
 quis intercedat, minùs veram esse, quòd
 ab hinc, id est septuagesimo quinto Iu-
 liano, añis triginta, Augusto, & Caninio
 Gallo consulibus templum Marti dedi-
 catum asseueret, cum L. Caninius Gallus
 nono Julianò fastis attestantibus Consul
 fuerit, non anno Julianò quadragesimo
 quarto, quo Augustus & Marcus Plau-
 tius Siluanus consignantur. Neque pro
 Caninio Gallo, Gallum Asinium lege,
 quod is trigesimo octavo Julianò consul
 egerit. Verùm præter plures alias, vna-
 hæc è Suetonio facilis est responsio, ex-
 ceptis medijs quinq; consulatibus, quos
 integrōs gessit Augustus, reliquis vica-
 riū surrogasse, ergo & quadragesimo
 quar-

quarto aut Caninium, aut Asinium Gal-
lum, adeò ut M. Plautius Siluanus no-
mine magis, quàm re consul audierit,
Augusto ipso & Gallo omnia potentibus.
Quare neglecto M. Plautio Siluano Gal-
lum Paterculus asseruit, ac post eum Si-
gonius, Pighius; Onuphrius Caninium
Plautio Syluano suffetum statuit. Tan-
dem, tantæ molis erat probabile solùm
quiddam de anno C H R I S T O natali ex
Historicis conclusissime, aduersante etiam-
num Iudæo, vt facilius judicem ex Eth-
nicis, quàm Hebræo de Christo Domino,
eiusque natali demonstrari posse.

Ajo 7º Christus natus est mense De-
cembri. Est hæc sententia non solùm vni-
uersalis Romanæ Ecclesiæ, sed totius e-
tiam orbis Christiani, contra paucos se-
ctarios, inter quos Beroaldus l. 4. c. 2. &
Joannes Henricus Alstedius admiran-
dorum Mathematicorum Herbornæ Nas-
souiorum editorum anno 1613. l. 5. seu
vranoscopiâ, ex eo Septembrem sibi per-
suasit quod indictionis cyclus vigesima
quarta Septembris principium sortiatur.

Quanquam quid hoc argumentum sa-
 lis habeat, non percipio: licet enim tri-
 ennio ante Christuni Augustus indictiones
 instituisset, nullum tamen hinc ne-
 cessarium ergo Christus natus est Septem-
 bri mense deduxeris: quod indicio, Con-
 stantinopolitana quidem Kalendis Se-
 ptembris, Cæsarea verò octavo Kalen-
 das Octobres incipere, sed annum inte-
 grum exactio durare potuerit: cuius
 mense quounque, si ita nascituro Deo
 placuisset, in mundum edi conuenisset.
 Et contradicit Alstedio Scaliger, symbo-
 lus alias, à Kalendis Januarijs indictiones
 ordiendo; Mullerus etiam, alijque, indi-
 ciones distinguendo in Cæsareas, &
 Pontificias, quarum istæ Kalendis Janua-
 rijs, illæ octavo Kalendas Octobres ini-
 tientur; Adde communi opinione Indi-
 ciones temporibus Constantini cepisse,
 anno videlicet eius sexto, Christi 312. A-
 liter tamen & merito Onuphrius Panui-
 nius in 2^m. fastorum. Ita clarus & apertus
 indictionis usus, omnibusq; publicis scribis,
 Notarijs, & ut vocant, Tabellionibus; item

Iuris peritis, atq; adeò omnibus antiquitatib;
studiosis eius nomen manifestum est, ut in
omni Romana, post Cæsarum imperium, vetu-
state, nihil eo ferè illustrius esse constet. In
omnium enim cuiusvis generis instrumen-
torum, rescriptorum, constitutionum, diplo-
matum, & privilegiorum, tam imperialium,
quam Pontificiorum fine, eius anni quota sit
indictio, semper addi solet. Quæ quanquam
tam hoc tempore, quam antiquitus ita fre-
quenter in usu fuerit, eius tamen origo obscu-
rissima est, atq; omnium, quod sciam, antiqui-
tatum incertissima. Quæstio igitur inter
alias solennis est, quid, & vnde sit indi-
ctio. Ad primum conueniunt omnes, es-
se annorum quindecim ambitum, quid
verò cyclus hic annorum quindecim sit
vterius, tacent plurimi. Spondanus ad
annum Christi 312^m, autumat esse quin-
decim stipendiorum complexum, post
quem miles Veteranus honesta missione,
capitationis immunitate, si vellet, solutus mili-
tia liber abire posset; si nollet, majoribus pri-
legijs augeretur. Ut autem quindecim
annorum stipendia per totidem nume-

carentur indictiones, inde provenisse
 judicat, quod annis singulis eroganda
 militibus, Principis rescripto, Prouincia-
 libus indicebatur annona, missis ad hoc
 exactoribus, &c. Sed hac ratione singuli
 anni singulæ censerentur indictiones:
 singulis enim annis, non expectato quin-
 to decimo, indicebatur annona, quo pas-
 sim nomine Iustiniana jura indictiones
 recitant. Deinde redit quæstio, quare
 quindecim eiusmodi indictiones vnam
 constituant? Tertio, si ad militum post
 quindecim stipendia recurras missio-
 nem, non indictionem, sed missionem,
 dici oportebit. Idem est de distributione,
 fusione, erogatione militaris annonæ,
 et cæteris. Quare Onuphrius Panuinius
 in eundem secundum fastorum, cum vi-
 deret VIII°. Kal. Octobris Maxentium
 ad pontem Milium à Constantino cæ-
 sum, atque ab eodem VIII°. Kal. Octo-
 bres indictiones incipere, hinc originem
 ducendam existimauit, quod victor Con-
 stantinus urbem ingressus, ubi Delphi-
 cum & Dodonæum oraculum, iudos

item

item Capitolinios, & Olympicos, atque adeò Olympiadas sustulisset, annis Christianis necdum passim ac ubique usurpati, ut Christianorum Imperatorum notam aliquam institueret, indictiones elegit. Idcirco per indictiones in posterū tempora distingui ceperunt, uti constat ex canone magno Concilij Nicæni, & decreto à Iustiniano in codicem relato, quo mandatur acta, &c. Consulibus, & indictionibus notari. Inde autem originem ducere, probat ex fastis Græcis (Siculos vocat Scaliger) in quibus ad Olympiadem ducentesimam, septuagesimam, tertiam, hæc adseruntur, *indictiones Konstantinianas certe* *ægrediuntur*. Sed hæc omnia nihil euincunt aliud, quam nomen tunc indictionis usurpare ceptum, rem autem ipsam prius fuisse nemo facilè inficiari possit. Quare dico cum Dionysio Exiguo indictiones ab Augusto ipso permanare: certum enim est ludos Capitolinios & Olympiacos quinto (citra, vltimè) celebratos anno,

vnde quidam Olympiadem lustrum Eu-
 doxi appellarunt, quod post quadrien-
 nium easdem prope vicissitudines reuer-
 ti autumarent: certum est iterum quinto
 anno censum à Romanis peractum, lu-
 strum vulgare quinquennio compre-
 hensum, atque adeò quinarium nume-
 rum fuisse apud Veteres usitatissimum:
 certum est tertio, quinquennio primo
 aurum, altero argentum, postremo æs,
 ferrumue exactū: in primo enim Seruij
 Tullij censu Romanos ad argentum cen-
 sos ex Dionysio Halicarnassæo l.4. mani-
 festum euadit: Romanos omnes describere,
 & æstimare rem suam ad argentum: juratos
 ipsos legitimum juramentum seuerē, & ex o-
 mni optimo æstimasse, ex quibus essent paren-
 tibus scribentes, & cuius ipsi ætatis, & uxo-
 res, filiosq; nominantes, & quo urbis habita-
 rent loco, aut in quo pago regionis. Si quis non
 æstimasset, pœnam ei constituit priuationem
 honorum, atq; ipsum verberibus casum ven-
 di. Halicarnassæo succedit Cassius l. 56.
 cum Augustus alendis exercitibus Romanis,
 quibus imperium continebatur, viceſimam
 insti-

instituisset, & id tributum omnes ægerrime
 ferrent, adeò, ut quidvis potius passuri vi-
 derentur, constituisse tributum ex agris & æ-
 dibus colligere, ac confessim non ostenso quan-
 tum, aut quo pendendum cuilibet modo foret,
 alios misit, qui priuatorum hominum, ipsa-
 rumq; ciuitatum bona describerent; ut cum
 singuli majorem jacturam vererentur, mal-
 lent vicesimam pendere. Idq; eius consilium
 res ipsa probauit. Vel hinc credo colligere
 potes de Iudææ descriptione, sed non id
 nunc ago, satis est hic Seruum Tullium
 ad argentum suos æstimasse, Augustum
 itidem suos vicesimam pendere jussisse,
 non in alga equidem, sed auro, argento,
 ære; vnde, antiquissimo vtique jure, l. 10.
 tit. 29. auro pro ære solui poterat; lex ita
 habet. Imp. Arcadius & Honorius AA. Hi-
 lario. Æris pretia, quæ à Provincialibus postu-
 lantur, ita exigi volumus, ut pro vigintili-
 bris æris unus auri solidus à possessore redda-
 tur. Dat. v. Kalend. Jun. Med. Arcadio IV. &
 Honorio III. AA. Coss. & l. eodem tit. 76°.
 Imp. Arcadius & Honorius AA. Eutichiano
 PP. Iubemus, ut pro argenti summa, quam
 quis

quis thesauris fuerat illatus, inferendi aurum
 accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris
 argenti quinos solidos inferat. Dat. xi. Kal.
 Martij. Constantinop. Cæsario & Attico Coss.
 Quam exactiōnem (exactiōnem inquam
 non iudiciōnem, rem non ipsum no-
 men: nam nomen sub Constantino
 ceperat vigere) cum neque Constan-
 tinus, neque posteri instituerint, sed
 ab antecessoribus acceperint, probabile
 redditur Augustum primum monar-
 cham Romanum, in necessitates publi-
 cas, teste Cassio, excogitasse, Constanti-
 num verò eliminatis lustris piaculari-
 bus, ludis Capitolinis, & Olympicis, vt
 potest Ethnicis solennibus, pensiones qui-
 dem tenuisse, ludos in quinquennalia,
 decennalia, vicennalia commutasse,
 vtque populo gratius caderet, debita
 quandoque induluisse. Hinc in panegyri
 Constantino recitata. *Quinque annorum*
nobis reliqua remisisti, o lustrum omnibus
lustris felicius, o lustrum quod merito hanc im-
perij tui equauit etatem. Hinc apud Mar-
 cellinum Comitem iudicione iv. Arca-
 dio

dio vi. & Probo Coss. Theodosius Ju-
 nior quinquennalia dedit; indictione ix.
 Theodosius Iunior iv. Consul decenna-
 lia, Honorius Romæ vicennalia; atque
 ita credibile fit inter denos, & vicenos an-
 nos, hoc est decimo quinto, quando ad
 pendendum aurum rediretur, indicio-
 nis nomen quindenorum annorum
 spatium complectens hæc si se re, ut dixi,
 ab Augusto usque usurpata. Constan-
 tinum autem ludicra Gentilia tollere
 conatum satis constat è Spondano tre-
 centesimo decimo tertio anno Christia-
 no n. 3°. quando post deuictos Germa-
 nos, ludos saeculares celebrare contem-
 psit, eximio Gentilium mærore, ut qui
 prætenderent ad pestes, morbosque au-
 erruncandos, bellaque auertenda fuisset
 diuinitus institutos, ipsisque carminibus
 Sibyllinis; veluti fatales, vrbi præscri-
 ptos. Sed ais, nullibi de indictionibus
 Constantino Veteriores. Respondeo, id
 quidem esse ab auctoritate negativa, de-
 bile pridem argumentum; quasi vero
 omnia Romanorum acta sint conscripta.

Respondeo deinde, hæc velut minus illu-
 stria in diaria solùm, non etiam res an-
 nuas referri consueta, Tacito l. 3. atte-
 stante. Ex dignitate populi Romani comper-
 tum est, res illustres annalibus, cætera diurnis
 actis mandari, in quæ referebantur Impera-
 torum negotia, ratiocinia reddituum, gen-
 tium legationes, annonæ importatio, & id
 genus alia; inter quæ non ineptè refertur &
 census, quia fermè totus in tributis, vectigali-
 bus, & exactionibus situs erat: quarum re-
 rum tam insolens mentio apud auctores, ut
 nihil magis parcè ab illis pertractatum, nihil
 proinde nobis cognitu difficilius videatur,
 quam Romanorum, veterumq; vectigalium
 ratio. Iure igitur merito Anonymo re-
 spondet Melchior Inchoffer defensæ ad
 Messanenses epistolæ c. 35. Quis enim ve-
 rò tam ratos fixit Indictionum ortus, ut
 temporibus Constantini magni reuelli neque-
 ant ad Augustum vel Iulium Cæsarem? sapi-
 entior Gordonus, qui originem Indictionum
 altius repeti posse non negat, nec minus pru-
 dens Pettauius, qui multis ultro, citroq; in me-
 dium allatis hand definit; imò & Christopho-
 rus

rus de Castro, tametsi alioqui aduersus, hac in
re pertinax minimè est. Deinde in mantissa
ad c. 38. Indictionum usus antiquior est cyclo
lunari & solari. Dicta indictione apud Eu-
angrium orbis distributionis, vel distributio or-
bis, qui scilicet tribus lustris Romanis, seu
quindecim annis absoluitur. Ciceroni collecta,
collatio, symbola. Polluci l. 8. c. vlt. ερανων, si-
milis capitationi. Indictionis primæ, secundæ,
tertiæ, &c. meminit Cassiod. l. 3. ep. 25. Græcis
alias, spatium quindecim annorum. Indictio-
nes Cedrenus ab Augusto cepisse scribit, anno
imperij decimo quinto, alibi tamen afferit, ce-
pisse anno secundo. Alij incipiunt à primo an-
no Iuliano, Lepido & Plancio Coss: ita ferè
Chronicon Alexandrinum. Vulgus à Con-
stantino magno dicit principium. Quod si
indictiones cum lustris recurrent (ut quidam
volunt) antiquissimas sane oportet esse, quan-
do primum lustrum à rege Seruio Tullio con-
ditum fuisse anno V. C. 186. vel 187. &c. De-
nique indictione res est Constantino vetu-
stior, nomen sub Constantino vulgatum:
à quo tempore frequens postea in Jure
indictionis mentio: Onuphrius enim in.

2^m. fastorum; harum indictionum usus aper-
 tè intelligitur cum multis locis, ut ex actio-
 nibus Conciliorum, codice Iustiniani, Cassio-
 doro, & alijs, tum ex codicis Theodosiani l.
 XI. tit. XXVIII. paragrapho VIII. Imp. Hono-
 rius & Theodosius, A.A. Seleuco PP. Nauicu-
 larijs intra Africam ex XIV. indictione consu-
 latūs Valentiniāni Augusti III. & Eutropij
 &c. usq; ad indictionem quartam consulatūs
 nostri VIII. & Theodosij II. omnia reliqua in-
 dulgemus. Dat. III. Non. Apr. Rauenna Con-
 stantio & Constante Coss. Et paragrapho
 8°. per omnes prouincias Orientis ex indictio-
 ne VI. Valentia in quintām usq; transactam
 indictionem, annorum scilicet quadraginta,
 id est consulatu diuorum Valentiniāni &
 Valentis II. Augg. usq; ad consulatum inui-
 etissimi Honorij patruj mei VII. & meum II.
 omnium generalium titulorum sub æqualan-
 ce, tam curijs quam collatori priuato, & pa-
 trimoniali concessimus reliqua, ita ut nihil
 arcæ nostræ debeatur. Sequentis temporis de-
 bitis ex indictione sexta usq; ad praesentem
 XII. emergentibus necessitatibus reseruatis.
Dat. Constantinop. V. idus Apr. Constantio &
 Con-

Constante Coss: Vide plura apud eundem,
 nempe f^{m} . x^{m} . xvi^{m} . xvii^{m} . Addiderim,
 ego è codice Iustinianæ o l.i. tit. xvii. de
 veteri jure enucleando. Ex tertio nostro feli-
 cissimo sancimus consulatu, præsentis 12^{ma}.
 indictionis, III. Kal. Jan. &c. eodem, de co-
 dice confirmando. Et ut extantibus festis
 diebus, id est ex die xvi. Kalend. Maij præ-
 sentis septima indictionis, consulatu Decij vi-
 ri clarissimi recitationes constitutionum ex
 eodem nostro codice fiant, &c. l. II. C. tit. 24°.
 de annonis ciuilibus. centum viginti quin-
 que modios frumenti præter solitum canonem,
 per singulos dies de præsenti sexta indictione,
 &c. demum Auth. coll. 5. nou. 47. tit. 2.
 illud omnium honestius esse putandum docu-
 mentum, & gesta, & quid omnino pro tempe-
 ris memoria hominibus adiuentum est, quod
 ipsa quoq; commemoratione ornatur imperij.
 Consules enim, & indictiones, & quodcunque
 judicium temporum omnino est apud nos.
 Sunt quidem forsan & hac significativa eo-
 rum quæ volunt, non tamen nos horum ali-
 quod perimimus, sed minorē adjectionem eis
 imponimus, ut ex majoribus & perfectioribus

eis temporum designetur cursus. - - -
 Vnde sancimus, &c. hoc modo incipere in
 documentis. Imperij illius sacratissimi Augu-
 sti Imperatoris annotando, & post illa inferre
 consulis appellationem, qui in illo anno est,
 & tertio loco indictionem, mensem, & diem.
 - - - Et inchoetur mox, Auctore D E O,
 à præcedenti prima indictione, &c. Vbi de-
 nuo aduerte singulas hic, & passim in Ju-
 re indictiones pro singulis annis capi, v.
 g: indictm. primam pro anno 1°. tali Im-
 peratore, vt de quindennio etiamnum
 hæreas, nisi ad auri, argenti, ærisque pen-
 siones quinquennes, ac in vnum colle-
 gaste referas. Quæ omnia quanquam
 plurima, nihil omnino iuuant doctissi-
 mū D. Alstedium, vt natalem Domini in
 Octobrem promoueat, cum ob plures
 alias rationes, tum ob eam potissimum,
 quod indictiones personas neutiquam
 concernerent, quemadmodum habetur
 l. x. C. tit. xv i. de annonis. Imp. Diocletia-
 nus & Maximianus AA. & CC. Herennio.
 Indictiones non personis, sed rebus indici so-
 lent, & ideo ne ultra modum carundem pos-
 sessio-

sessionum, quas possides, conueniaris, præses
 Provinciae prospiciet. PP. XVII. Kal. Novemb.
 Æmiliano & Aquilino Coss. descriptio verò
 orbis personas potissimum attinebat:
 in qua Simon de Cassia supra nonages
 trecenta & octoginta hominum millia,
 id est 277. myriades, seu 27. millions &
 millia 70. censita afferit, quanquam Cal-
 listus non nisi 13. myriadas, bis mille &
 37. statuat. Ita Salmeron tr. 32. tom. 3. Vi-
 de alium numerum alias allatum. Sed,
 vti certum est censos esse homines, ita
 censorum numerus incertus. Consule
 commentarios in 2. Luc. &c. Licetiosa, poli-
 res, secta est, cui, quod libet, licet: amplius
 siquidem superest nihil, quam ut pascha
 in æstatem, pentecosten in autumnum,
 coniunctionem, quo perturbatâ Christiano-
 rum temporum ratione memoria in-
 tercidat omnis sanctissimæ CHRISTI
 in carne œconomiæ. Idque egisse præter
 Alstedium videtur Scaliger, de emenda-
 tione temp. ubi ignorari afferit diem ve-
 ram nati Dei. L. 6°. sanè de anno natalis
 domini, ita loquitur. Non immorandum est

his, quæ neq; legenti fructum, neq; confutanti
 gloriam afferunt. Tantum constet, vanissi-
 mam fuisse causam, propter quam natalem
 C H R I S T I in xxv. Decembris statuerunt, ac
 paulò post. Dies igitur vera natalis Christi
 ignoratur. Sethus item Caluifius, dum ad
 Kalendas Octobres natalem Christi tra-
 hit. Temporarius, vbi Servatorem vere
 natum, autumno conceptum phantasia-
 tur. Fallitur autem affatim Alstedius,
 quando in Vranoscopia sua de paschate
 ipso ait. Durauit hæc acerrima, & minus
 necessaria contentio usque ad annum Christi
 328. quo tempore in Concilio Nicæno fuit di-
 rempta per Constantinum magnum, & Occi-
 dentales, in quibus rixosissimus ille Papa Vi-
 ctor erat, palmam obtinuerunt. Præterita hic
 volo cætera, v.g. quod Concilium Nicae-
 num non anno 328. sed 325. celebratum
 velint alij, &c. falsum est Alstedi docti-
 sime Victorem Pontificem vixisse tem-
 poribus Nicæni Concilij: inter Victorem
 enim, qui floruit anno Christi 198. conci-
 lij Palæstini sæculo, & Sylvesterum sæcu-
 lo concilij Nicæni, centum triginta anni,
 vnaque

vnaque octodecim summi Pontifices intercessere. Deceptus est autem Alstedius in nomine: concilio namque Nicæo auctoritate Sylvestri interfuerunt Osius Episcopus Cordubensis, Victor (Vitus quibusdam) & Vincentius Romanæ sedis Presbyteri, ijdemque duo à latere Legati. Ex Vito igitur, seu Victore presbytero Victorem Pontificem malè ordinavit Alstedius, quem anno Christi ducentesimo tertio Anno Fabiano, & Nonio Mutiano Consulibus juxta Spondanum, anno Seueri Imperatoris octauo, Pontificatus acti anno decimo, v°. Kalend Sextiles martyrio coronatum obiisse constat, atque in cœlo jam pridem constitutum, *rixosissimum*, post annos amplius mille quadringentos, martyrem sanctissimum homo sectarius improbissime calumniantur.

Ajo 8°. Christus natus est 25°. Decembris. Est sententia Latinorum pariter & Græcorum Doctorum, Euodij Patrum antiquissimi, ac diuo Petri Antiochiæ succedanei, Clementis Romani, Augu-

stini, Anastasij Nicæni, Menologij Gra-
 corum: Martyrologiorum Romani, Be-
 dæ, Vſuardi, Adonis. Est Ambrosij, Atha-
 nasij, Orosij, Seu: Sulpitij, Leonis, Fulgen-
 tij, Gregorij magni, Bernardi, Divi Tho-
 mæ, Alberti, Lyrani, Cedreni, denique
 omnium Neotericorum Theologorum,
 Chronographorum, Historicorum, &c.
 Interim quæstio hic oritur non parum
 ardua, num videlicet præter Ecclesiæ
 traditionem, sanctorumque Patrum, &c.
 auctoritatem, aliunde quoque probari
 queat, natum Christum Decembribus die
 vigesima quintâ. Quæstionem excitauit,
 vti dixi, Scaliger de emendat: temporum
 1.6. quando ignorari asseuerat diem nati-
 D E I; fateturque Jacobus Gordonus in-
 1^m. Lucæ c. super verba missus est Angelus
 Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, &c. rem
 esse incertam: nam ait, Missus Angelus ad
 M A R I A M est sexto mense à re gesta inter
 Angelum & Zachariam, vel post conceptum
 Joannem mense sexto, quod est verius, non
 tamen hinc certum habetur diem conceptio-
 nis Christi fuisse vigesimam quintam Mar-
 tij:

tij: demus enim conceptum Ioannem mense Octobri quod incertum est, quis inde definiet certum diem sexti mensis pro conceptione Christi? Omnino; si, in mense autem sexto, respectiuè capias; sin absolutè, uti omnes Veteres, certum est Octobri conceptum Baptistam, Christum Martio. Contrarium Gordono tenet Ioannes Deckerius p. i. thesi 3^a. afferens natalem Christi mensem, ac diem notiorem esse quam annum natalem, putatque id se euincere ex diuo Chrysostomo homilia de natali S. Ioannis Baptistæ. Testimonium diui Chrysostomi hoc est, si tamen Chrysostomi est. Gesta autem sunt hæc ante primum annum imperij Tiberij Cæsar is, octauo Kalend. Octobris, incipiente luna undecima, quando oportebat Iudeos jejunium scenopœgiæ celebrare. Tunc verò post nono anno Tiberius Cæsar tempus, cursumq; lunæ collegit, & inuentum est ipso die octauo Kalend. Octobrium esse æquinoctium - - - Fuit igitur, uti diximus, quando hæc Angelus ad MARIAM annuntiauit, octavus Kal. Aprilis, qui & ipse est dies æquinoctialis ad incho-

ationem lucis. Conceptus est ergo dominus no-
 ster octavo Kalend. Aprilis, mense Martio,
 qui est dies paschæ, passionis Domini, & con-
 ceptionis eius: in qua enim die conceptus est,
 in eadem & passus est - - - Sed
 inter haec ascendit, inquit, MARIA ad Eliza-
 beth, visitare eam, post mensem sextum conce-
 ptionis eius. Tunc & Ioannes inspiratus est,
 & fecit ibi MARIACUM Elizabeth menses
 alios tres, & sic expletis nouem mensibus in
 mense decimo peperit Ioannem, octavo Kal.
 Iulias, qui est nonus mensis. - - -
 tunc ergo repertum est esse primum solsti-
 tium, quando Ioannes natus est, quem
 diem Lampadem appellant: - - - que
 enim die conceptus est dominus, eadem passus
 est, eadem cœna pura fuit, in qua & luna
 XIV^a. occurrit: conceptus est enim mense
 Martio. Octavo Kalendarum Aprilium die
 luna quinta decima fuit. Ita, ut putatur,
 Chrysostomus. Cæterum multa haec in-
 se continent admodum dubia: ut alia
 præteream, uno anno ante imperium
 Tiberij euangelismum Zachariae accidis-
 se facile ostendi non potest. Neque est,
 quod

quod quis ad consortium tribunitiae
 potestatis cum Augusto, teste Patrculo,
 Tiberianam prouocet: aliud siquidem est
 imperatoriâ, aliud tribunitia potestate
 præditum fuisse, utriusque licet anni
 censerentur. Diversum quoque, tribuni-
 tiâ potestate ex aſſe gaudere, ac tantum
 consortem eſſe, vnde postea exultatum
 in Rhodum concessit Tiberius cum o-
 mni sua tribunitia auſtoritate. Deinde
 signatissimè docet Chrysostomus euan-
 gelismum contigisse luna incipiente un-
 decima, quam neque cyclus epactarum,
 æuo Chrysostomi minimè usurpatus,
 quod à correcto primùm Calendario lu-
 nam signandi officium nactus sit, neque
 aureus numerus, neq; calculus astrono-
 mic⁹ exhibet anno quadragesimo, octauo
 Kal. Octobres. Esto etiam exhiberet, nec
 dum tamen sequeretur vigesima quarta
 Septembbris conceptum Baptistam luna-
 incipiente undecima: Lucas enim, & fa-
 etum est, ut impleti sunt dies officij, abiit in
 domum suam: post hos autem dies concepit
 Elizabeth, &c. Igitur si post acceptum

triduo minimum euangelisimum conce-
 ptus est Baptistes, decimâ quintâ prope
 conceptus est lunâ. Tertio, cum annis
 Julianis à quadragesimo ad quadragesi-
 mum quintum, vtrinque inclusuè, æ-
 quinoctium vernum euenerit die ciuili
 tertia super vigesimam, anno porro qua-
 dragesimo epacta fuerit xi. plenilunium
 paschale accedit tertia Aprilis, interluniū
 autem, idemque Nisan initium Martij
 vigesimâ, initium Tisri decima tertiatâ Se-
 ptembris, cumque scenopegia decimâ
 quinta Tisri ad vesperam inciperet Lev.
 23°. à vespera vſq. ad vesperam celebrabitis
Sabbata vestra. A decima quinta mensis hu-
 jus septimi erunt feriae tabernaculorum, de-
 cima quinta Tisri; primaque scenopegiæ
 dies fuit vigesimâ septimâ Septembris,
 vltima verò, tertiatâ Octob. quando impleti
 sunt dies Zacharie, abiitq; in domum suam. A
 primo igitur ad vltimū vel Joannes con-
 ceptus est post tertiam Octobris contra
 sanctos Patres & traditionem Ecclesiæ,
 vel non est conceptus anno quadragesi-
 mo,

mo, neque Christus natus quadragesimo
 primo Juliano. Nolo persequi annos cæ-
 teros, quod impossibile autumem com-
 ponere desperata hæc, diem scenopegiæ
 primum, id est decimum quintum Tisri,
 diem annuntiati, diemque concepti Io-
 annis, siquidem post peractum in tem-
 plo officium conceptus. Idcirco cum ex
 Euangelio constet sexto tam anni, quam
 annuntiati Ioannis mense Angelum ad
 Virginem destinatum, vigesima quintâ
 Decembris natalem Christi, vigesima
 quartâ Iunij natalem Ioannis ab Ecclesia
 celebrari, concludo sententiam istam,
 solâ Ecclesiæ, & citatorum sanctorum
 Patrum auctoritate contra omnes secta-
 rios sufficienter defendi. Audiat Scali-
 ger, audiant sectarij cæteri testem Eccle-
 siæ vetustissimum, ut potè saeculo 1º. flo-
 rentem, Clementem Romanum, Pontifi-
 cem Martyrem, qui constitutiones Apo-
 stolicas & canones in unum collegit, A-
 postolicarum constit. lib. 5. ita scriben-
 tem. *Dies festos agitate fratres, ac primùm*
quidem diem natalis, qui 25. die mensis noni
cele-

celebretur. Post hunc dies Epiphaniae, is vero
 dies sit sextus mensis noni. In hac lite deci-
 denda aliquot peccata peccat Scaliger
 more suo. Ita vero is; cum igitur non con-
 uenirent (sancti Patres intellige) in celebra-
 tione natalis: ut ea lis componeretur, quidam
 argumentis tempus indagare conati sunt,
 tandem Christum vigesima quinta Decembris
 natum collegerunt hoc argumento. Pontifex
 maximus solus, idque semel in Sancta Sanctorum
 ingrediebatur, ut incensum offerret Deo,
 nempe decima die Tisri: Zachariam autem
 Pontificem maximum tunc vidisse angelum,
 dum incensum offerret in Sanctis Sanctorum,
 & nocte sequenti Ioannem conceptum, ita, ut
 praedixerat Angelus. Diem autem, qua appa-
 ruit Angelus, fuisse vigesimam septimam
 Septembris; sexto deinde mense MARIA M
 concepisse, vigesimam quintam Martij; ergo vi-
 gesima quinta Decembris peperit. Atque haec
 quidem Ioannes Chrysostomus in oratione
 εἰς τὸν Ἐπείθαιον οὐκέτι περιέχει. Quanquam de vige-
 simam septimam Septembris tacet, sed in Septem-
 britantum angelum apparuisse dicit. -
 Ipse quidem Chrysostomus ait in eadem ora-
 tione

tione, decennio antea Constantinopolin à Ro-
 manis illius diei ritum inuestum, & quidem
 aliquot annis antea Romanos illam diem ce-
 lebrare solitos, à queis Constantinopolitanos
 nuper didicisse. Hæc omnia ostendunt nupe-
 ram, & novitiam religionem illius diei. Quæ
 pleraque sanctis Patribus, præsertim,
 Chrysostomo falso adscribi intelligere
 potes ex ipsomet sancto Patre, homiliâ
 de natali Ioannis Baptistæ, nuper citato,
 homiliâ item de natali Domini, in qua
 adversus eos disputat, qui in Epiphania
 CHRISTVM editum asserebant, docetq;
 vigesimâ quintâ Decembris natum his
 verbis. Non sunt nostra, quæ loquimur, ma-
 jorum sententia est, - - - deinde
 vobis qui dixerunt? in epiphania scilicet
 Christum natum) qui sunt in ista prouincia.
 (Judæa) utiq; Apostoli Petrus & Paulus, &
 ceteri Apostoli. Vos ejecistis, nos suscepimus.
 Petrus, qui hic fuit cum Joanne, qui hic fuit
 cum Jacobo, nos in Occidente docuit: & ve-
 stri igitur & nostri, Apostoli magistri sunt.
 - - - magis itaque traditio ibi
 (Romæ intellige, ubi pax erat) debuit ser-
 vari

vari, quam hic (in Iudæa & Oriente) ubi
 discordia, &c. - - Hoc totum qua-
 redico? quia nobis dicunt, hic Apostoli fue-
 runt, hic traditio fuit. Nos ergo dicimus, quis
 hodie Christus natus est, in ephiphanijs ren-
 tus est. Vos struite nobis generationem & re-
 generationem, vos qui dicitis in epiphanijs
 natum. Quando ergo accedit baptismum, nisi
 verum euentum dicitis, ut in eadem die na-
 tus sit, & renatus? Prædicationi nostræ etiam
 creatura consentit, mundus ipse testis voci
 nostræ. Usq; ad hanc diem tenebrae crescunt,
 ab hac die decrescunt tenebrae: lux crescit,
 decrescunt tenebrae: crescit dies, decrescit
 nox: errorem veritas subit, hodie nobis sol ju-
 stitia nascitur. Simulg; & aliud considerate
 inter dominum & Joannem sex menses sunt:
 si consideretis nativitatem Joannis & hanc
 diem, videbitis sex menses tantum habuisse.
 Confer hic Scaligerum cum Chrysosto-
 mo, atque ex æquo bonoque judica.
 Quanquam autem Scaliger sanctos Pa-
 tres nominet, postea tamen totum in
 sanctum Chrysostomum onus coniicit,
 atque hæc quidem Ioannes Chrysostomus, &c.
 argu-

argumento perquam parum valido, ut
 pote ex uno plures arguente: quasi vero
 in re controversa, & articulum fidei non
 attinente, quia docuerit id Chrysostomus
 omnes SS. Patres docuere! Secus
 vero primò est, docere Chrysostomum
 Pontificem maximū (non dispuo nunc
 an Zacharias fuerit Pontifex) semel in
 anno Sancta Sanctorum ingressum, ut
 incensum offeret D E O, idque decimā
 Tisri: nam licet doceat, ea contigisse
 luna incipiente vndecima, tamen sacrificiorum
 tantum, quæ extra Sancta Sanctorum offerebantur, meminit, neuti-
 quā ingressū in Sancta: secus deinde est,
 docere Chrysostomum sequenti ab euangelismo
 nocte Ioannem conceptum;
 manifestè contra Scripturam, cum ea
 non nisi post expletos officij dies conce-
 ptum afferat Baptistam, nisi vnā die offi-
 cium expleuisse perperam asseueres.
 Falsum est tertio, ut ipse postea fatetur
 Scaliger, docere Chrysostomum vigesi-
 mā septima Septembris apparuisse An-
 gelum. Falsum est quartò tacito omni-

Septembris die, Septembris tantum me
 minisse cum octavum Kalend. Octobres
 disertè nominet. Ultimò falsum omni-
 no est de decennio: Chrysostomus enim
 absolutè: Petrus qui hic fuit cum Ioanne, qui
 hic fuit cum Iacobo, nos in Occidente docuit:
 & vestri igitur & nostri, Apostoli magistri
 sunt. Magis itaque traditio ibi debuit serua-
 ri, quam hic ubi discordat. Ad testimo-
 nium Græcum à Scaligero allegatum,
 respondet Salianus anno mundi 4052. in
 scholio. D. Chrysostomus tom. 2. in serm. de
 natali S. Ioannis Baptiste, aut potius anti-
 quis aliquis, sed incertus auctor, qui nec
 Græcè scriptus habetur, nec forte Græcè
 scriptus unquam fuit, &c. Sermonem
 autem hunc non videri Chrysostomi vel
 inde claret, quod jejunium decima Tisri
 confundat cum Scenopegia, decima
 quinta eiusdem; hæc ante primum an-
 num Tiberij contigisse velit; eodem
 die Christum natum & passum; illud
 25^a. Decembris, hoc vigesima quinta
 Martij, &c. Respondeo ego deinde, tex-
 tum Græco Latinum typis excusum Pa-
 risinis,

risinis, sicut meum Latinum typis Frō-
 benianis, Basileæ Rauracorum, año 1558°.
 nihil horum habere. Videat igitur Scalig-
 er ex quo hæc deprompsit Græcani-
 ca; manuscriptis facile non credo. Esto
 tandem etiam , decennio priùs , quām
 scriberet Chrysostomus, Româ Constan-
 tinopolin illatam hanc , ab Petro usque
 arcessitam traditionem, an non ideo ve-
 tus satis? quam annorum mille ducento-
 rum annositate roboratam nec portę In-
 feri euerterint. Recte is idem Chryso-
 stomus homil.4. in 2. ad Thessalo: est tra-
 ditio, nūk il quære amplius: recte Augustin⁹
 1.4.c.24.contra Donatistas, quod uniuersa
 tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum , sed
 semper retentum est , non nisi auctoritate
 Apostolica traditum rectissimè creditur.
 Atenim ista necdum sufficiunt Beroal-
 do:rejecto siquidem argumento Chryso-
 stomi, Christum æquinoctio autumnali-
 natum, baptizatumque contendit. Duo-
 bus is, præter iuania plura alia, fundamē-
 tis nititur. . Primo , Christum juxta Da-
 nielēm occisum in dimidio hebdomadæ

vltimæ, ergo cùm Christus in Martio sit
 crucifixus, exactis (vt ille quidem frustra
 vult) vltra annum trigesimum secun-
 dum mensibus præcisè sex, & Judæi an-
 num ordiantur ab autumno, autumno
 Christus natus est ac baptizatus. Deinde
 hebdomadæ Danielicæ initium sortiun-
 tur à monarchia Persica, Olympiade
 80^{ma}. anno ante Christum 460, circiter,
 vltimæque dimidium cadit in Martium,
 Christi morte illustrem. ergo Christus
 natus est autumno. Sed non videt arro-
 gans homo, vt qui solum se hoc demon-
 strare autumat, dimidium hebdomadæ
 non esse designatum ad vltimum vsque
 indiuisibile, verùm Scripturæ more, an-
 num totum medium, inter annos
 septem vltimæ hebdomadæ pro dimi-
 dio capi eiusdem hebdomadæ vltimæ,
 quacunque tandem parte anni illius
 Christus passus sit, recteque dici in dimi-
 dio hebdomadæ passum: qui largior té-
 pora consignandi modus sacris literis est
 consuetissimus, vti ex sexcentis eiusdem
 locis constat. Deinde si quis hic conten-
 dat

dat annum sumi sacrum non ciuilem , à
vere non autumno inchoantem, cogit
asserere Beroaldum, Christum autumno
passum, aut dimidium hebdomadæ non
præcisè capere. Probet igitur priùs du-
biūm hoc suum fundamentum. Alte-
terum autem omnino falsum est, dum
plerique omnes monarchiam Persicam
ordiuntur Olympiade 60^{ma}. circiter, non
80^{ma}. id est annis ante Christum 537. pro-
pe, non autem 460. errore annorum 77.
Corrigat igitur se primūm Beroaldus, ac
tum S. Chrysostomum reijciat : negato
enim monarchiam Persicam anno ante
Christum 460. inchoare, totum Beroaldi
ruit argumentum.

Ajo 9°. Christus natus est nocte Do-
minicam consequente, antecedente fe-
riam 2^{am}. Ita pridem & plurimi, & docti-
simi viri tradiderunt. Nicephorus lib. I.
Hist. c. 12. Vincentius l. 6. Hist. c. 88°. S. An-
toninus I. p. Hist. tit. 5. c. I. §. 2. Durandus
I. 6. ration: diu. off. c. 13. & 14. Ludolphus,
Bonaventra de vita Christi, Petrus Pita-
tus, Petrus de Natalibus, Dadraeus, Onu-

phrius, Ciaconius. Auctor qq. ad Autoly-
 cum q. 17^a. Clitovetus, Lucidus, Vigueri⁹,
 Bellarminus, Rupertus de diuinis offic. l.
 3. c. 16. *Nocte Dominica natus est Christus*
consonante mirabilium suorum ordine, ut
quo die dixit, fiat lux, facta est lux, eiusdem
diei nocte exoriretur in tenebris lumen rectis
corde, & visitaret nos oriens ex alto, illuminat-
nare his qui in tenebris sunt, & in umbra mor-
tis, &c. Eam verò noctem ad anteceden-
 tem seu Dominicum diem pertinere
 constat Gen. 1^o. *& factum est vespere &*
mane dies unus. Confirmatur ex Conc. 6^o.
 Oecumenico c. 8. in hæc verba. *Dies domi-*
nicus consecratus habetur. Nec est, quòd Ca-
 nones illos Concilio falso adcriptos quis
 causetur, priusquam Ecclesia contra ca-
 nones illos decernat. Fauent huic senten-
 tiae si qui feria 2^a. natum docent: cum
 enim nocte media natus credatur, nata-
 lem domini Romano more ad sequen-
 tem diem trahunt. Quòd autem feria 6^a.
 natum aliqui velint, faciunt id ex suppo-
 sitione natalis anni, nulla sanè aliâ pro-
 babilitate, vel, ut ipsi fatentur auctorita-
 te.

te. Neque obijcias cum Dekero & Saliano Sabbato iter fecisse virginem contra præceptum ; nullus egrediatur de loco suo die septimo : priùs enim iter ingressam autum, ac Veneris die ad destinatum locum peruenisse, quòd Nazareth (*ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudeam ciuitatem David, quæ vocatur Betlehem*) ab ipsa Betlehem viginti quatuor horarum spatio distet, ut ex Petri Leicstain peregrinatione docet in tabula sua Christianus Schrott ; imò triginta ferè milliaribus horarijs Christianus Adrichomius. Neutiquam autem statim, & ab appulso in Betlehem beatam matrem peperisse, docere videtur. textus Euangelicus. Factum est autem, cùm essent ibi impleti sunt dies, ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Quibus verbis moram aliquam innui palam est, nisi pleonasnum Lucæ satis grandem impingas : quis enim dubitet ibi fuisse, ubi peperit, et si peperit, impletos dies ? Sin ab itinere ipso mundo edidit Salvatorem, in itinere ipso, non vero cum es-

sent ibi, impleti sunt dies. Moram igitur vnius alterius diei interpositam oportuit, quod diuina dispositione recte accidisse quiuis prudens facilius iudicabit, quam ut eadem nocte, & ab ipsis prope aduentu asserat Virginem pererrisse. Illud animadversione dignissimum, conceptum Christum Dominum à nouilunio; natum sub quadraturam, pafsum in plenilunio.

Atque hæc omnia rite se habere, sat, opinor, constat hactenus: duo sunt interim quæ scrupum mouere possunt; primum, quod Joannes Keplerus fateatur calculo Astronomico veterum pafchata non inueniri. Advertendum hic est, Joannem Keplerum post defensas à Suslyga theses Græcenses anno viuo insuper anticipasse natalem Domini in sylua chronologica, idque argumentis ex Iosepho petitis (vbi iterum emicat discordia, quando ex eodem Flavio annum Christo natalem assignat Suslygas quadragesimum primum, Keplerus quadragesimum) quam sententiam ne quis

quis ex Astronomia & plenilunio pa-
schali euersum eat , negat veterum pa-
schata inueniri calculo Astronomico.
Sed distinguendum est Keplero, saepius
alias ambidextro , in paschata vera, quæ
celebrari debuissent, &erronea, quæ ma-
lè, cyclis ita ducentibus , celebrata sunt:
priora calculo astronomico nō inueniri
falsū est, posteriora verum. Sed hoc nihil
officit calculo astronomico , nihil coenæ
vltimæ Christo 22^a. Martij celebratæ , ni-
hil plenilunio,Dionys. Areop. teste ocula-
to. Alterum est, character dominicalis
& nati & passi Seruatoris, qui stylo vete-
ri,nō cōdicit.Sed respondeo .testes mei in
cœlo fideles, sol & luna : vnde ajo me
plus tribuere calculo astronomico quam
cyclis,quod hi ex illo oriantur : hi sint
putatio quædam ciuilis , non exactissi-
ma,& ad scrupula vsque, vt ille.Audi sis
ipso met cyclorum reformatores. In nul-
lo penitus lunari cyclo omnia nos effugere
posse incommoda , aut præcauere ne cyclus e-
pactarum interdum dissentiat aliquantillam
a nouilunijs cœlestibus , & ne luna decima-

quarta paschalis secūdum epactas biduo quam
 dog, oppositionem medium præcurrat. Quæ si
 vera sunt, quid de literis dominicalibus,
 & solari cyclo, utpote arbitrario, sentien-
 dum? præsertim cùm nec per cyclum so-
 lis, nec literas dominicales annos, diesq;
 Christus, aut Apostoli numerârint, sed
 postea primūm & cyclus Christianus, &
 literæ sint inuentæ, quæ ipsæ tamen di-
 versæ à diuersis & nati & passi Christi an-
 no præfiguntur. Quare qui has contra-
 nos vrget, Auctores primūm inter se
 componat, ac tum huc auctor accedat.
 Quanquam cycli solaris immutatio, vti
 etiam nexus eiusdem cum dominicali-
 bus nihil admodum immutet, præter-
 consuetudinem: vt, cùm anno quadrage-
 simo quinto Juliano cyclo solis ix. vete-
 res D C. respondeant, nouellæ B A statu-
 untur, quæ non cyclum ix, sed v. postu-
 lant, quade re tamen haçenus nemo
 questus est. Imò cyclum solarem longè
 aliter ad annos Julianos ordinari potui-
 se suo loco docebimus. Quò magis ine-
 ptiunt Heterodoxi, qui stylum nouum
 frustra

frustra in frusta discerpere admoliuntur: ciuilem enim quandam cyclorum conditores ineunt methodum, assumptis medijs, cœnæ equalibns motibus, quos in cyclos, tanquam breuiores numeros, ac periodos facilitatis ergo cogunt. Quodsi hi nō respondeant illis examus sim; intercalationes, ne longius, quam par sit, disparentur, certis interuallis adhibent: veros apparentesque motus, velut inæquales, & ob id huic negotio minūs idoneos, tantisper seponunt. Quæ unica de medijs, apparentibusque motibus responsio omnes ferè adversariorum machinationes demolitur. Neque verò error irrepit, si quis irrepit, nisi Astronomicus, qui in ciuilibus, scrupulo non habetur: parum enim interest Hortulanus, Patris familiâs, Chirurgi, quo momento luna medio motu, quo, vero, soli copuletur: satisque habent triduum intra ad conserendum hortum, cædenda ligna, venam penetrandam securos esse de nouilunio aut plenilunio: quod amplius est, Astrologicam potius olet cu-

riositatem , quām cognitionem ciuicā
 necessariam : aliās omnes rastrorum pe-
 ritos astrorum peritos , & rastrologos
 Astrologos esse oporteret : aut certè quē-
 libet penè vicum Astronomum alere ,
 ad quēm , velut tripodem Delphicum ,
 majore oleo operaqué , quām fructu im-
 periti mortales properarent . Respondeo
 deinde esse , qui dubitare de cyclis velit
 idque ex Beda de ratione temp . cap . 45 . &
 de ratione computi c . 47 . vbi ait , *non ignotus*
est via querendi annum dominicæ passionis ,
nō computus alicubi errat . Errat autem (ve-
 tus , ac prioris ævi intellige ; qua de causa
 tot sibi cycli à diuersis excogitati succes-
 serunt) ait ibidem Scholiaxtes . Accepto
 argumentum Beda venerabilis , & sic ubi
 succumbit computus , succollabit Astro-
 nomia . Auctore igitur Te , quicquid ve-
 lint alij historicis nisi fundamentis , ac
 etiam cyclis , inuento plenilunio inuen-
 tus est annus dominicæ passionis . Acce-
 dit Henricus Philippi , qui introductionis
 Chronologicæ cap . 12 . n . 3 . de annis ante
 Christum candidè fatetur , epactas qua-
 tridui

tridui interuallo à veris syzygijs distare
 posse, quod ad ferendam de triennij liti-
 gio sententiam sufficere judicat. Succe-
 dit Joannes Lanz, qui append. 2. canone
 6. asseuerat nouilunia sic inuēta, vno die
 aut etiam biduo, & triduo aberrare pos-
 se. Et si tam exactus fuit, quām quis fru-
 stra velit, computus, quārto cur aureus?
 numerus lunam malè tandem indicauit?
 exempti dies deni? cur epactæ hodie non
 figunt acu lunam ? sed triduum intra-
 vtrinque librant ? cur annus centesimus
 quisque, excepto quadringentesimo, in-
 tercalatione sua priuatur ? Quamobrem
 nec ipsi, qui Kalendarium integritati suæ
 restituerunt, computum Ecclesiasticum.
 calculo Astronomico ἀνείσαι certare
 volunt: vnde imperitissimè Scaliger, ve-
 teres cyclis vice calculi Astronomici usos
 docet. Vniuersim aut cyclos veteres er-
 roneos esse alicubi, aut potius, qui hos
 mutuantur, falli oportet: cum enim an-
 nus nati Dei non sit nisi unicus, Auētores
 porro diuersi diuersum statuant, eum-
 que cyclis stabilitant, consequaneum est,

aut

aut cyclos, aut cyclorum usurpatotes de-
 errare, vitiososque, atque anno Christi
 non competentes characterismos adsi-
 gnare, nisi unus idemque testis contrarijs
 causis veritate salua possit patrocinari.
 Vide censuram Bedæ & Victoris de cy-
 clo Victorini apud Paulum Guldinum,
 l.3.c.6. contra Sethū Caluisium; de alijs a-
 lios. Sed de tota hac nimium quantum
 rixosa controuersia lege obsecro Bedam
 de rat. temp. circulis, argumentis lunæ,
 &c. atque ubi apud eos negotium confe-
 ceris ex sententia, id est omnes ad unam
 opinionem reuocâris, huc ades, & me er-
 roris liberrimè postula. Esto uti est, ego
 cyclos intaminatos. suæque pristinæ di-
 gnitati, neutiquam maiori quam me-
 rentur, relinquo. Quocirca tertium re-
 spondeo, certum esse quod Ecclesia ana-
 stasii dominicam signet vigesima quin-
 ta Martij litera G, certum esse quod vi-
 gesima sexta Martij A sit litera, certum
 esse anno Christi vulgari 34°. A Domini-
 lem esse stylo nouo. G igitur est, & nulla
 alia dominicæ resurrectionis, seu pascha-
 tis

tis Ecclesiastici , A vero paschatis foren-
sis litera, etiam Nicæni Concilij & resur-
gentis CHRISTI tempore si sursum pro-
ducatur stylus novus , siquidem Conci-
lium Nicænum correxit errorem per.
malam intercalationem irrepentem , vti
Gregorius xiiii. dierum decem exem-
ptione. Atqui trigesimo quarto vulgari,
Incarnationis 35. solo luna x i v. incidit
in xi. Kal. Apriles, nulla igitur etiam alia
est Dominicalis litera præterquam A
CHRISTI passi anno, nulla demum alia ,
quam BA anno Christi vulgari nullo, In-
carnati primo. Confirmatur, anno mil-
lesimo octogesimo secundo, quo cepta
est restitutio, cyclus solis fuit 23. litera do-
minicalis G, sublatique sunt dies deni, &
ex 5^a. facta est decima quinta, ex domini-
cali G, dominicalis C. Quare si cyclo solis
15. año passi DEI sit, vti omnino est vetu-
la C, stylo nouo, erit A. Interim tabel-
lam cape primùm ex mente styli vetersti,
tum noui.



Anni

Anni Per. Jul.	Anni Julia ni	Anni a ^{ex} m. Inc.	Cycli ⊕ & ⊖	Lit. Dō. vet.	Lit. Dō. nov.	Lit. erro næ.
4669	1	45	21. 14	CB	AG	B
4670	2	44	22. 15	A	F	A
4671	3	43	23. 16	G	E	G
4672	4	42	24. 17	F	D	FE
4673	5	41	25. 18	ED	CB	D
4674	6	40	26. 19	C	A	C
4675	7	39	27. 1	B	G	BA
4676	8	38	28. 2	A	F	G
4677	9	37	1. 3	GF	ED	F
4678	10	36	2. 4	E	C	ED
4679	11	35	3. 5	D	B	C
4680	12	34	4. 6	C	A	B
4681	13	33	5. 7	BA	GF	AG
4682	14	32	6. 8	G	E	F
4683	15	31	7. 9	F	D	E
4684	16	30	8. 10	E	C	DC
4685	17	29	9. 11	DC	BA	B

Anni Per. Jul.	Anni Julia ni	Anni a ^e x ^m . Inc.	Cycli folis & C	Lit. Dō. vete.	Lit. Dō. nov.	Lit. erro neæ.
4686	18	28	10. 12	B	G	A
4687	19	27	11. 13	A	F	GF
4688	20	26	12. 14	G	E	E
4689	21	25	13. 15	FE	DC	D
4690	22	24	14. 16	D	B	CB
4691	23	23	15. 17	C	A	A
4692	24	22	16. 18	B	G	G
4693	25	21	17. 19	AG	FE	FE
4694	26	20	18. 1	F	D	D
4695	27	19	19. 2	E	C	C
4696	28	18	20. 3	D	B	BA
4697	29	17	21. 4	CB	AG	G
4698	30	16	22. 5	A	F	F
4699	31	15	23. 6	G	E	ED
4700	32	14	24. 7	F	D	C
4701	33	13	25. 8	ED	CB	B

Anni Per. Jul.	Anni Julia ni	Anni a ^e x ^m . Inc.	Cy- cli & C	Lit. Dō. vet.	Lit. Dō. nov.	Lite. erro- neæ.
4702	34	12	26. 9	C	A	AG
4703	35	11	27. 10	B	G	F
4704	36	10	28. 11	A	F	E
4705	37	9	1. 12	GF	ED	DC
						Aug. corre- ctio.
4706	38	8	2. 13	E	C	B
4707	39	7	3. 14	D	B	A
4708	40	6	4. 15	C	A	G
4709	41	5	5. 16	BA	GF	F
4710	42	4	6. 17	G	E	E
4711	43	3	7. 18	F	D	D
4712	44	2	8. 19	E	C	C
4713	45	1	9. 1	DC	BA	B
4714	46	2	10. 2	B	G	A

Anni

Anni Per. Jul.	Anni Julia ni.	Anni post x ⁱ .In.	Cycli solis & C	Lit. Dō. vet.	Lit. Dō. nov.	i t. erro- neæ.
4715	47	3	11. 3	A	F	G
4716	48	4	12. 4	G	E	F
4717	49	5	13. 5	FE	DC	E
4718	50	6	14. 6	D	B	D
4719	51	7	15. 7	C	A	C
4720	52	8	16. 8	B	G	B
4721	53	9	17. 9	AG	FE	AG*
4722	54	10	18. 10	F	D	F
4723	55	11	19. 11	E	C	E
4724	56	12	20. 12	D	B	D
4725	57	13	21. 13	CB	AG	CB
4726	58	14	22. 14	A	F	A
4727	59	15	23. 15	G	E	G
4728	60	16	24. 16	F	D	F
4729	61	17	25. 17	ED	CB	ED
4730	62	18	26. 18	C	A	C

Anni Per. Jul.	Anni Julia ni.	Anni post x ⁱ . In.	Cycli solis ^r & C	Lit. Dō. vet.	Lit. Dō. nov.	Lit. erro. cor.
473 1	63	19	27. 19	B	G	B
473 2	64	20	28. 1	A	F	A
473 3	65	21	1. 2	GF	ED	GF
473 4	66	22	2. 3	E	C	E
473 5	67	23	3. 4	D	B	D
473 6	68	24	4. 5	C	A	C
473 7	69	25	5. 6	BA	GF	BA
473 8	70	26	6. 7	G	E	G
473 9	71	27	7. 8	F	D	F
474 0	72	28	8. 9	E	C	E
474 1	73	29	9. 10	DC	BA	DC
474 2	74	30	10. 11	B	G	B
474 3	75	31	11. 12	A	F	A
474 4	76	32	12. 13	G	E	G
474 5	77	33	13. 14	FE	DC	FE
474 6	78	34	14. 15	D	B	D
474 7	79	35	15. 16	C	A	C

Hac

Hæc tabella nec à Dionysio Exiguo
secus, si exemptilium dierum rationem
haberet, confici posset. Vnde quanquam
annum Dionysianum Christi nati tuear,
de cyclo non admodum labore: Ac ut,
quæ de minùs accurata cyclorum usur-
patione dixi, vera esse constet, errant hīc
largiter Sigebertus, Marianus Scotus,
Matthæus Paris, &c. dum à cyclis ita ar-
guunt. Christus mortuus est lunâ decima
quinta, vigesima quintâ Martij resurre-
xit, ergo vndecima Martij fuit neome-
nia, aureus numerus 13. litera dominica-
lis B: atqui hoc non conuenit, aiunt, an-
no C H R I S T I trigesimo quarto vulgari,
cuius aureus numerus est 16. luna xv. 22^a.
Martij, feriâ secundâ, conuenit autem
anno soli C H R I S T I vulgari duodeci-
mo, cui aureus numerus 13. literæ domi-
nicales C B, ergo anno vulgari duodeci-
mo Christus mortuus est. Errant inquam
primùm quod annum passionis faciant
bissexturn; errant deinde errorem vi-
ginti duorum annorum; errant tertio in
numero aureo, qui fuit 16, non 13; errant

quartò in dominicali : reuerâ enim erat
 A, non B; errant quintò in nouilunio,
 quod indice aureo numero xvi. anno
 passi Dei octauâ Martij non vndecimâ
 contigit; atque adeò plenilunium vigesi-
 mā secundâ epactâ verò indice, ipsissimo
 Veneris, nempe 23. Martij die. Vnde licet
 stylo veteri anno C H R I S T I 31. aureus
 numerus 13. & cyclus solis 12. G domini-
 calem exhibeat, adeoque pascha 25. Mar-
 tij; neutiquam tamen ita est : nam apud
 Christophorum Clauium Kalendarij
 Gregoriani c. 9. f. 90. anno 1612. Mogun-
 tiæ editi, aureus numerus 13. signat vnu-
 decimâ Martij nouilunium, & vigesimâ
 quintâ plenilunium; at Sigeberto & Ma-
 riano, et cæteris vigesima tertiam plenilu-
 nium esse oportuerat. Errant itidem alij,
 qui C dominicali constituta vigesimum
 secundum Martij faciunt feriam secun-
 dam, vigesimam quintam verò feriam
 quintam, idque anno vulgari trigesimo
 quarto, cum Christus non sit passus à fe-
 ria secunda usque ad quintam, sed ab hac
 usque ad dominicam. Imò in aliam ad-
 huc

huc se difficultatem induunt, quomodo
 nempe verum sit enuntiatum Palæstinæ
 Synodi, & Sanctorum Patrum, Chri-
 stum ab xi. Kalend. Apriles usq; ad vii.
 Kalend. passum, cùm secundùm hos Au-
 etores 7°. Kalend. crucem subierit; vtque
 se explicit, & antiquos excusent, accu-
 fant, iteratōque se implicant in, nescio
